CONTROVERSIAE MISCELLANEAE,

VNIVERSAM FERÈ SACRAM Theologiam complectentes, omnesq; Philosophorum opiniones, quæ circa Artes, & Speculatiuas scientias versantur, enucleantes.


A D. ALPHONSO BOVOSIO, Bononiensi, Can. Reg. D. Saluatoris, Artium, & Sacræ Theologiæ Professore,

NVNC PRIMVM IN LVCEM EDITAE.

Cum peropportunis Additionibus, seu Apostillis ad marginem positis.

ET CVM INDICIBVS LOCVPLETISSIMIS, tum Capitum, tum rerum omnium memorabilium.

CVM PRIVILEGIO.



M D L X X X I X.

VENETIIS, APVD FELICEM VALGRISIVM.

ILLVSTRISSIMO
AC REVERENDISSIMO D.
D. HIERONYMO DE RVVERE
Cardinali amplissimo.

D. Alphonsus Bouosius. *M. S.*

QVINQVE iam anni sunt, cum sacram Theologiam, quam scholasticam vocant, discipulis meis domi lectionibus quotidianis interpretari cæpi. A quo vero primum die hoc onus suscipere volui, rem haud inutilem me facere sum arbitratus, si ex amplissimo sacræ Theologiæ seminario quędam inter legendum, vti iam in Philosophiæ studijs facere consueueram, quasi flores mihi gratiores decerperem. Atque ita factum est, vt, cum multas, ac varias huiusmodi quæstiones selegissem, nonnullas superioribus diebus D. Rainerio fratri meo, ac viro (si mihi fas sit

ita de fratre loqui) cum philosophicis, tum Theologicis litteris non infime erudito, priuatim inspiciendas, tradiderim. Sed eas ille cum perlegisset, ac dignas, quæ prælo subijcerentur, existimasset, Tipographo amico suo statim Venetias transmisit, ac postea per litteras hac de recertiorem me reddidit. Ego vero has, quæcunque illæ sint, laborum meorum primitias in vulgus exire nolui, nisi prius amplissimo tuo nomini essent inscriptæ. Quod eo a me factum esse existimes velim, non quod ista quę leuia sint, ignorauerim, sed vt in ijsdem mei erga te animi affectum, & obseruantiam aliqua ex parte intuearis. Hæc igitur, quamuis perexigua, Illustrissime Princeps, loco rerum maximarum accipies; ego enim amplitudini tuæ tantum deferre cupio, quantum me per ingenij mei imbecillitatem præstare non posse conspicio. Vale. Datæ Venetijs, Kal. Augusti. M D LXXXIX.

NOS D. AMBROSIVS MORANDVS Bon. Hum. Prior Generalis Congregationis Sancti Saluatoris, Ordinis Sancti Augustini Dilecto filio D. Raynerio Bonon. Salutem.

VIROS doctrina ac morum integritate conspicuos, quos ad Dei gloriam, animarum salutem, Christianaque religionis augmentum, nec non Congregationis nostræ ornamentum in vinea Domini laborare cognoscimus, libenter amplectimus, ac id præterea maxime cupimus, vt laborum suorum fructus, vigiliarumque lucubrationes pro communi omnium vtilitate in lucem edantur. Quamobrem nostri autoritate officij præsentium tenore, tibi D. Rainerio Bouosio, quam postulasti licentiam impartimur, vt primam Miscelanearum partem D. Alphonsi, fratris tui typis committere valeas, seruatis tamen prius ijs, quæ iuxta Decretum Sacri Concilij Tridentini sess. 4. de editione, ac vsu sac. lib. seruari debent. In nomine Patris, & Filij &c. Quibuscunq. &c. In quorum fidem &c.

Dat. Romæ in nostro Monasterio S. Petri ad Vincula die 6. Iunij. 1589.

D. Ambrosius Morand. Prior Generalis.

GRATIAE MARIAE GRATII.

ILLA ego, quæ seclis quondam melioribus Arbos
Glande hominum paui, sustinuique genus;
Jrrigui ad Tiberis ripas modo culta feraces
Alcinoi pomis nobiliora fero:
At mihi si sese propensior egerit aura,
Hesperidum poterunt hinc quoque poma legi.

SVMMARIORVM.

Controuersiarum Tabula.

Quomo-

FINIS.

INDEX
RERVM ET VERBORVM
QVAE IN HOC OPERE CONTINENTVR, perquam locuples.

A

omnia

Causa

D

Existen-

 reale

N

O

Obie-

P

Per

Re-

Siluestri

T

D.Tho.

FINIS.

PRIMA PARS CONTROVERSIARVM MISCELLANEARVM

D. ALPHONSI BOVOSII BONONIENSIS

Can. Reg. D. Saluatoris, Artiumq; & Sacræ Theologiæ Professoris.

Quod in principijs Theologia Viatorum euidentiam non habeat; & certitudinem scientiæ appellationem propriè sibi vendicare non potest.

Controuersia I. Theologica.

SACRAE Theologiæ prælludia, Princeps Illustrissimæ, eam præ cęteris difficultatem habent, qua in dubium reuocatur, sitne Theologia ipsa, prout nobis viatoribus conuenit, verè propriéque scientia. Plerique enim modernorum quorundam veterum sententiam insequuti, affirmatiuam partem approbarunt, suadentur autem ea ratione præcipuè, euidentiã s. quam Theologia in principijs non habet, Aristoteles in Disciplinis flagitat, vt rerum cognitio nec fallere possit, nec mutari; firmam enim, immutabilemque notionem scientię vocabulum postulat Cum igitur quæ res in fidem, ac Theologiam incidunt, qua ratione in eas incidunt, stabiles; immobilesque sint, nec in eis Theologus errare, labi, aut decipi queat: fit, vt sine perspicuitate etiam Theologia scientiæ propriè appellationem sibi vendicet.

Opinio Melchio. Cani loc. theol. lib. 12. cap. 2. & Dominici Bannes p. p. sum. diu. Tom. q. 1. art. 2. inter Modernos.

Refutatio eius ſententiæ.

A Quorum ſane ſententia Doctorum, etſi primo intuitu probabilitatis aliquid habere videatur, paulo tamen diligentius cuiuis robur,& vim ſcientiæ intuenti, quod ipſe præſtare renuerunt,falſa proculdubio apparebit; duo nempe opinionem iſtam eneruare videntur; vnum euidentia;alterum certitudo ſcientifica: quæ, cum præfati recentiores, & alij paruifecerint in ſcientiis, ipſi qui totam ſcientiæ naturam his præcipuè duobus conſtare putamus, diligenter inſequèmur. Ac primùm quidem quod ſpectat ad euidentiam,quis verè propriéque eum vnquam ſcire, quod eſt ſapere & cognoſcere,dicet,quem, quicquid in re eſſentiale,& quiditatiuum eſt,latere conſtat? Sed vno verbo dicam,quemadmodum de eſſentia rei ſcibilis in ſe, uel ſcibilitatis ex parte rei hæc duo ſunt, euidentia ex parte rei in ſe, & certitudo ex parte rei in ſe, nec pro eſſentia rei ſcibilis certitudo ſufficit ſine euidentia; ita ex parte ſcientiæ non tantum eſſentialis

Quod euidentia rei in ſciētia neceſſariò exigatur.

B eſt certitudo ſcientifica, ſed etiam euidentia ſcientifica: ſe habent. n. ſcīentia,& ſcibile veluti menſuratum,& menſura ipſa,cuius totum eſſe refunditur in menſuratum, & ècontra. Hanc veritatem, quam nullus infirmare poteſt, ita iure proſequutus eſt Ariſtoteles; vt demonſtratiuam quamlibet ſcientiam ex per ſe notis, vel ex his,quæ fidem, hoc eſt, aſſenſum,accepere ex his,videlicet per ſe notis,& euidentibus principijs ſe perpetuò velle,palam tradiderit. Quod ego factum ea de cauſa cenſerem,quoniam certitudo, ut D. Tho.2.2.quæſt.1,art.4.& 5. egregie comprobauit,qua ſcientia conſtat, non eſt quilibet aſſenſus,ſed is tantùm,qui ex re ſcibili,hoc eſt ex euidentia rei ſcibilis,oritur. Quandoquidē luce clarius elucet,non poſſe ex re ſcibili certitudinē haberi, quin res eadem conſpiciatur, euidenterq; appareat. Quare cum certitudo ipſa, & firmitas ſcientifica ex euidentiæ ſinu

Quomodo ſe habeant ſciētia & ſcibile.

1.Poſt. capit.1.
Et 1.Top. cap.1.

Quā certitudinem requirant ſcientiæ. & quō ex euidentia pēdet certitudo.

C ſolummodo eruatur, neque conſiſtere queat aſſenſus ſcientificus ſine euidentia rei, iure, quemadmodum & Philoſophus, euidentiam putamus eſſentialiter haberi oportere in ſcientia; non autem,ut illi, in gratiam ſolummodo aſſenſus ſcientifici. Quippè eſt ſcientia nil aliud quam habitus, euidentiam, ſcientiæque certitudinem inſeparabiliter pariens. At vero ſi quis hanc veritatem ſedulo contemplatus

fuerit,

fuerit, de facili huic euidentia prius, quàm certitudo, se se præstabit. Nam quid est aliud quæso certitudo ipsa scientifica rei, quam necessitas quædam eiusdem? at res ipsa non potest aliter se habere, seu necessaria est, quia ex se ipsa est, & non ab ullo principio pendet; rem autem ex parte rei ex se esse, hæc est uidentia ex parte rei, eoque visibilis in se dicitur, non in alio. Quare sequitur certitudini euidentiam ex parte rei iure præponendam esse; hæc. n. ex parte rei a se, & per se dicitur esse. Quod aũt à se, & per se est, causat, vt res necessaria sit, nec aliter se habere possit, q̃d est certitudo ex parte rei: quæcunq;. n. res necessariæ nõ sunt, siue simplices siuè compositæ, ideo necessariæ non sunt, quia per se, & à se nõ sunt; q̃ certitudo autẽ ex parte intellectus firmiter assentientis versatur, ex præsupposita oritur euidentia rei ex parte eiusdem intellectus. namque ideo firmiter assentitur credendo, rẽ necessariam esse, quia causam suæ necessitatis eandẽ rem habere putat. At vero diximus necessitatis causam esse euidentiam ex parte rei, hoc est, rem illam a se esse. A primo igitur ad vltimum, intellectus noster idcirco rem scibilem necessariam esse assentitur, quia eandem à se ipsa esse, necessariò præintelligit, & sapit, quod est euidentia rei. Atque ex his constare facilè potest, non esse tanquam directiuum quoddam ad scientiam rerum euidentiam ipsam, vt illi expresè tradidisse videntur; neque in sola certitudine scientiã constituendam esse; quinimmo euidentia præcipua essentialium partium scientiæ censenda est, per quam etiam certitudinem constare, quisque sapiens cogitur fateri. certitudinem autem dico non assensum illum infallibilem (in quo plurimum defecere prædicti) quem ex attestante extrinsecus erutum Theologia nostra viatorum persequitur, est enim fides iste, sed qui necessitatem rei ex parte rei sequitur, quique ex euidentia rei originem trahit; ita sapientes ferè omnes, præcipuè verò D. Tho. loco cit. Aristotelem insequutus, habitus intellectus, scientiæ, & fidei distinguendo docuit, his verbis. Assentit autem intellectus alicui dupliciter; vno modo, quia ad hoc mouetur ab ipso obiecto, quod est per se ipsum cognitum, sicut patet in principiis primis, quorum est intellectus: vel est per aliud cognitum, sicut patet de conclu-

Quid certitudini euidentiæ scientificę correspõdeat ex parte obiecti scientiæ.

quod est per se, causat vt res necessaria sit.

An euidẽtiã sit directiuum ad certitudinem.

In quo defecerunt. Moderni prædicti.

2. 2. q. 1, a. 4. & 5.

Quot modis intellectus assentit alicui obiecto.

„ ſionibus,quarum eſt ſcientia. Alio modo intellectus aſſentit
„ alicui, non quia ſufficienter moueatur ab obiecto proprio,
„ ſed per quandam electionem voluntariè declinans in vnam
„ partem magis,quàm in aliam: & ſi quidem hæc ſit cum du-
„ bitatione,& formidine alterius partis, erit opinio; ſi autem
„ ſit cũ certitudine abſq; tali formidine, erit fides. hęc D.Tho.
Cũ igitur Theologia noſtra in nobis viatoribus ſola hac certitudine fideli,nõ euidẽti innitatur, nõ eſt cur verè, propriéque ſit,quantumcumque imperfecte, ſcientia dijudicanda; euidentia enim,ſcientialique certitudine ab euidẽtia rei dependente,caret,vt ſatis ſuperque monſtrauimus ſupra.

Concluſio. Theologiam itaque,prout in nobis viatoribus exiſtit verè, & propriè habitum quendam certum,& in euidentem certitudine fideli,mediante fide deductum,impropriè verò ſcientiæ vocabulo nuncupemus; quoniam & D. Tho.etiam quẽ oppoſitæ ſententiæ auctores ſequuntur,ſed nõ hac in parte, vt ego cenſeo, ita ſentire videtur,cum multis in locis, tũ præcipuè in 1.par.quæſt.1 art.2. Theologiam ſcientiam vocans vt ſubalternatam,non ſimpliciter,ſed quæ credit ſubalternãti, hanc verò latiſſimè conſtat,nec ſciẽtiam propriè eſſe, nec etiam ſubalternatam, non ſcientiã quidẽ;qđ nempè euidentia credendo, certitudineque ſcientifica indigeat,neq; ſubalternatã ea ratione,quam inferius dicemus. Quo loco non eſt ſubticendus error quorundã ſanè grauiſſimorum Theologorum, aſſerentium,Doctorem Sanctum D.Tho.Theologiam noſtram ea de cauſa non ſcientiam quandoque dixiſſe, quatenus non reſoluit concluſiones in principia naturaliter cognoſcibilia. Errarunt inquam iſti,quoniam idem.S. Doctor in 1.parte quæſt.1. art.2. rationem oppoſitam aſſignans cur Thologia noſtra ſcientia dicatur inquit,quia reſoluit concluſiones in principia ſupernaturaliter cognita, quandoquidẽ quia in principia ſupernaturaliter cognita reſoluit cõcluſiones,nuncupatur,quo nõ eſt ſcientia quia in principia nõ naturaliter,ſed ſupernaturaliter cognita ſcientia reſoluit? vñr hęc ad inuicẽ oppoſita;nõ eſt ſcientia quia reſoluitin principia ſupernaturalia;& eſt ſciẽtia quia reſoluit in principia. Præterea, qđ doctrina Theologica reſoluat in principia vel naturaliter,vel ſupernaturaliter cognoſcibilia, non facit eam

Quæſt. de veritat. q. 14. art. 9. 3. ſen.diſt. 33. quæſt. 1. artic.2. quæſt.4.

Capreo: & Silueſt. error.

Cluſiones Supernaturaliter cognita.

ſcien tiam,

scientiam, vel non scientiam esse, sed potius naturalem vel supernaturalem scientiam esse, vel non esse. At hæc alibi latius.

Theologiam nostram non subalternari scientiæ Dei, & Beatorum.

Controuersia II. Theologica.

VRget sanè plurimum hæc, quæ circa Theologiã nostram versatur disceptatio, sitnè videlicet scientiæ Dei, Beatorumque subalternata prout in nobis viatoribus inuenitur; tot enim inter Theologos hac de re vigere video sententias, quot de subalternatione scientiarum excogitari possunt cõditiones. Vnde Doctorum scolasticorum plerique vniuersas, quotquot Aristoteles varijs in locis hac de re assignauit conditiones, adhiberi oportere in omni subalternatione tradunt. Alij verò non ita; sed paucas quasdam sufficere dixerũt, præsertim in sciẽtijs diuinitus traditis, cuiusmodi Theologia nostra censetur. Nos verò concertationibus hisce parcentes, rem hanc, prout in votis est, assequi posse, cõfidimus, si quas tantùm conditiones subalternatio propria exigit, solerter discutiamus. Opinio. Quorundã de subalternatione scientiarum. Caie. p p. q. 1. art. 2.

In primis igitur, quãdo scientias subalternari ad inuicem oportet, illud præ cęteris summoperè attendendum est, vt duæ, saltem aliquo pacto, non penitus vna, dicantur. Quippe satis constat idem sibi subalternari verè non posse, quod omnino indistinctum à se dicatur, hoc enim est, quod Aristot. animaduertens, dum loqueretur de subalternationibus scientiarum, illud potulit Axioma, quod omnes accepere; oportet subiectum sub subiecto esse, quoniam aliquo modo distincta sunt ab inuicem quemadmodum scientiæ, quarum sunt obiecta. Præterea scientiæ huiusmodi subalternatæ, aliquo modo inter se subordinari debent, vt ex ethymologia vocis, subalternari, euidenter conspicitur; neque enim satis est, vt ab inuicem aliqua ratione diuisæ dicãtur, Prima veræ subalternationis conditio. p. poster. cap. 7. Subiectũ sub subiecto. Secunda.

nisi

Ethimologia huius vocis ſubalternari.

niſi poſtea ſubordinentur: namque ſubalternari eſt ſub, vel infra cum quodam ordine, mutuaque connexione collocari. Vnde ſi Geometriam, & aliam omnino ab ea diuerſam ſcientiam, puta Muſicam, accipias, duæ profectò erunt, haud tamen ad inuicem ſubalternatæ ſcientiæ; proptèrea quod ſubordinatæ non ſunt, propter obiecta inter ſe diuerſa.

Geometria & Muſica.

Qualis nã ſubordinatio inter ſcientias ſubalternatas proprie verſari debeat.

Debet autem huiuſmodi ſcientiarum ſubordinatio ita ſe habere, vt neque ſubalternatæ ſubiectum, quantum ad ſuam propriam rationem, quà tale ſubiectum eſt, neque proprietates illius, neque principia rectè intelligi poſſint, abſq; ſubiecto, proprietatibus, & principijs ſubalternantis; ita enim per ly, ſub, quaſi cauſam ſubalternationis aſſignaſſe viſus eſt Philoſophus loco nuper citato. Ex quo etiã conijci poteſt, non ſubalternari Naturalem, & Mathematicas ipſi Mataphiſicæ, quoniam illarum ſubiecta quantum ad propriam rationem ſubiecti, ſuarumque concluſionum, ac principiorum, non pendent à ſubiecto Metaphiſicæ, niſi ratione quadam confuſà, atque indiſtincta.

Quod Metaphiſicæ non ſubalternantur aliæ ſcientiæ.

Tertia.

Ad hæc, vt ſcientia verè, proprieque ſubalternetur ſcientiæ, oportet, vt ſubalternabilis rationem ſcientiæ à ſubalternante intrinſecus deſumat; quod eſt euidentiam, certitudinemque ſcientificam ſibi à ſubalternante mutuari. Propterea nanq; Ariſtoteles 1. Poſt. tradebat præceptum de non tranſitu in diuerſis ſcientijs, quarum demonſtratio non eſt ſub demonſtratione, neque genus ſub genere, quoniam ſcilicet earundem ſcientiarum quamlibet per ſe completam eſſe in ratione ſcientiæ, & alio non indigere extrinſeco adiumento planè conſpexit. Cęterum in ſubalternatis tranſitus permittitur, quoniam demonſtratio eſt ſub demonſtratione, genuſque ſub genere. Quid autem aliud eſt tranſitus iſte niſi euidentiæ, certitudiniſque ſubalternantis in ſubalternatam transfuſio, vel communicatione ipſa, qua ſubalternata à ſubalternante redditur ſcientia? Hac inquam de cauſa putarim ego ſub ſubalternante ſubalternatam eſſe, & ſubordinari, vt euidentiam illius, propriamque certitudinem ſcientificam ab illa recipiendo, perficiatur. Ex tribus hiſce conditionibus, quas iure neminem negare poſſe, credo, planum fit, quod Theologia noſtra, pro ut in nobis viatoribus, maneat etiam quantumuis in Patria,

1. poſt. c. 7

Cur tranſitus in ſcientijs permittatur & quãdo.

Quare ſub ſubalternante maneat ſcientia ſubalternata.

tria, non poteſt verè,& propriè ſubalternari ſcientiæ Dei,& Beatorum;quoniam euidentiæ,certitudiniſque illius beatifi cę in hanc noſtram tranſitus non fit eo modo,quo docuit Ariſtoteles. Ratio autē iſtius deffectus eſt,quia noſtra Theologia non eſt capax rationis illius beatificæ,cum diuerſę ſpecie,quantum ad luminis rationem formalem, dicantur eſſe. Vnde noſtra cum ſit fides, vel certè ex fide habitus deducēs, contrarij luminis euidentis, & beatificè incapax eſt intrinſecè,quemadmodum tenebræ clari luminis;extrinſecè autem nihil prohibet à beatifica noſtram rudem, quantum ad eſſe ſcientię,Theologiam perfici; quoniam non implicat,vt ambæ in eodem vnitæ reperiantur ſubiecto; quemadmodum ſi quiſpiam Muſicam, quam credendo Præceptori acquiſiuit, cum Muſica perfectè ſcita haberet, ab hac poſteriori prior extrinſecè diceretur perfici. Rurſus ex anteactis ſubalternationis conditionibus clariſſimè elucet,non ſubaltenari propriè Theologiam noſtram Beatis. Enimverò ex parte ſubiecti Quod,qui fieri poteſt,vt quę ſciētiæ vnum prorſus obiectum, quod habent, nec vllo pacto diuerſum abintrinſecem diſtinguantur,ſubordinenturque? etenim diſtinguuntur ratione obiecti ſcientiæ; ratio tamen, Dei vt Deus, Theologiæ noſtrę à ratione Dei,ut Deus Theologiæ Beatorum nō ſeiunguntur,ſed indiſtincta ſunt, quantum ad hoc, obiecta. Quare neque duæ ſcientiæ ratione huius,neq; propriè ſubalternatæ ſunt, quod præcipuis conditionibus careant. Dicēt fortaſſe qui oppoſitam tuentur ſententiam, non reſpectu formalis obiecti, vt quod,attendendam eſſe huiuſmodi diſtinctionem, ſed reſpectu tantùm conditionis formalis ſub qua;hæc autem cum in Theologia noſtra ſit reuelatum eſſe, vel diuina reuelatio,vel diuinæ reuelationis lumen, non eſt eadem cum ratione formali,ſub qua,ſcientię Beatorum, quæ eſt viſum eſſe,vel diuina ipſa viſio, & clara intuitio Sanctorum,vnde nec ſcientia vna erunt,ſed duæ: ita ne dicunt? ita ſanè. Fac ſit hoc, ſubalternatas nempe facultates à ſubalternantibus diſtingui oportere in obiecto formali, vel conditione formali,ſub qua; quonam igitur pacto ſubordinatio aderit in huiuſmodi ſcientijs, vt ipſa vox ſubalternationis efflagitat,ſi obiecta formalia, vel cōditiones formales oppoſitas

Conc. Nō poteſt theologia viatorum verè & propriè ſubalternari ſcientiæ beatorū.

Theologia viatorum eſt incapax euidentiæ, & certitudinis ſcientificæ.

Ratione obiecti quod idē probatur.

Euaſio Aduerſariorum.

Dilutio.

Rationes ſub quib. Theologiæ viatorũ & Beatorum opponũtur.

ſitas ſpecifice habent, quibus diſtinguuntur? mihi quidem reuelatum eſſe, & viſum eſſe, ſeu clarum, & obſcurũ, ita diſſi dere ab inuicem videntur, vt ſubordinationem potius, & affi nitatem dirrimant, quàm conſtituant, vnde ſiue obiectum formale, vt quod, ſiue rationem formalem, ſub qua, conſpicias, ſiue demum dependentiam euidentię, & certitudinis attendas, eo modo, quo inter ſcientiarum ſubalternationẽ ſe habere oportere docuimus, nulla vnquam ratione aſſere re valemus, Theologiam noſtram ſubalternatam eſſe ſcientia Dei, vel Beatorum; ſed potius ab inuicem, tanquam obiecta formalia, & rationes oppoſitas habentes ſpecifice diſiungi. Si quis autem reſpondeat, conditionem illam, ſub qua additam formali obiecto, non efficere ſcientiã diuerſam eſſentialiter, & proprie, ſed accidentaliter tantùm; quoniam eſt accidens, cui nulla ineſt virtus ſpecifice diſtinguendi; hoc reſponſum infirmum eſt, & decipiuntur hæc excogitantes; tum quia illa conditio addita, quamuis in ſe accidens, quatenus loco modi conſiderandi iacet, locum habet formę, & fit eſſentialis differentia, tum quia maneat etiam accidentalis non poteſt illa ſubordinatio vllo pacto ſeruari. E de his hactenus.

Nouus recurſus eorundẽ ex quo error tolitur nõ nullorũ dicẽtium conditionem additam ſubiecto ſubalternatæ ſcientiæ eſſe accidens.

Vtrum Diuinæ Trinitatis perſonæ relationibus conſtituantur, vt Relationes ſunt.

Controuerſia III. Theologica.

NOn defuere olim Doctores pleriq; ſcolaſtici, qui perarduam hanc diſputationem ſummis laboribus inſectando, tãdem negarunt, diuinarum perſonarum conſtituentes formas Relationes eſſe formaliter, vel cũ reduplicatione acceptas. Quę ſententia à nonnullis repræhenſa ex ipſa rationum dilutione, quibus innittitur falſa aparebit, poſtquam iuxta mentis noſtræ imbecilitatem quid pro veritate ſentiendum ſit, aperuerimus. Prius tamen quàm illorum rationes, & obiecta afferamus intellectum propoſitæ diſputationis ponendum

Eſt opinio ferè cõmunis, in ſenſu formali.

nendum esse operæ pretium duximus, vt facilius postea de qualibet sententia iudicare valeamus. Dum igitur mouetur difficultas, an relatio quatenus relatio constituat, non quęrimus ipsi, an secundum rationem illam communem relationis qua relatio est; quandoquidem ita constat, constituere vllo modo non posse, quin relatio quælibet constituat, quod absurdum est, & erratum magnum, vt D. Thomas quæst. 10. art. 3. peregregiè adnotauit; sed inquirimus ipsi, an relatione diuina secundum specialem relationis rationem: vtputa paternitas secundum speciale suum esse, ad, quod habet, constituitne? ita vt non secundum aliam extraneam rationem, sed infra latitudinem relatiui semper; vt bonum dicimus obiectum voluntatis, secundum specialem rationem boni, infra latitudinem boni. Hæc est vis totius difficultatis propositæ, quæ inter explicandas, & confutandas opiniones plurimorũ clariùs apparebit. Declarat sẽsus quæstionis.

Scotus igitur in 1. sent. dist. 26. q. vnic. & qui sequuntur ipsum; negatiuam partem ita probant. Omne originans est prius originato, & omne producens producto, non tamen vnũ relatiuum est dicendum alio prius, quod quidem eueniret, si relatio formaliter constitueret. Confirmatur, quia rationi & naturæ aduersatur aliquid producere vnum, quod de sui formali conceptu esse dicitur, quemadmodum relatiua sunt. Patrem enim esse qui filium à se productum habet, ita de conceptu Patris est, quemadmodum de conceptu vnius relatiui, aliud esse, cap. de relatiuis docuit Aristoteles. Argumenta Scot. in 1. sen. dist. 26. q. un. Primum. Confirmatio.

Deinde quodlibet originans ita origini pręintelligitur, ut omne agens actioni suæ; attamen si persona patris per paternitatem, vt per relationem constituitur, implicat, propriæ actioni, quæ est generatio, præintelligi posse vllo mõ patrẽ cũ paternitas ipsa, vt relatio in generatione fundet. Adde qđ si pater generationi præintelligi posset, & filius consimiliter præintelligi oporteret generationi, iuxtą regulam relatiuorum, quorum uno posito (quod simul natura, & cognitione sint) & reliquum constituitur. Verbum tamen diuinum generationi præintelligi ita impossibile videtur, vt quod aliquis filium ingenitum, & improductum dicat. Secundũ.

A Rurſus ſi relatio, ut relatio, conſtituit perſonas, id
Tertium. euenire cogimur fateri, quatenus dicit eſſe ad, cũ nulli inhæreat, ſed præcisè reſpectus quidã ad aliud dicat; non video
quia via cõſtituere aliquid velit. Dices, vt relatio realis conſti-
Solutio. 1. tuit. Cõtra, qm̃ paternitas in humanis eſt relatio realis, attamen
Replic. 1. ſuppoſitũ non conſtituit, ſed conſtitutũ præſupponit.
Solutio 2.
Replic. 1. Reſpondebis fortè, quod, vt relatio realis diuina, uim habet conſtituendi. At infirma eſt reſponſio, quoniam communis ſpiratio eſt relatio realis diuina, non tamen conſtituit perſonam.

Quartum Ad hæc paternitas ipſa, prout relatio, quid eſt aliud, quàm quædam habitudo formalis ad filium? cum igitur ais paternitatem, quæ eſt relatio, conſtituere, eſt, ac ſi dicas, paternitatem, prout habitudo quædam eſt ad filium, conſtituere patrem. In illo itaque eodem inſtanti eſt filius, in quo paternitatem intelligimus, perſonam patris conſtituere. relatiua enim ſunt ſimul natura, & intellectu: hoc tamen abſurdum magnum videtur, quia paternitatem, ut relatio eſt, ideo perſonã patris conſtituere dicimus, vt a perſona generatio fluat, non è contra; & per generationem filij exiſtat. Non eſt igitur in illo eodem inſtanti filius, in quo paternitatem

B ſtatuimus. Cardinalis Caietanus ſubtilia quędam hic
Occurſus Card. Caiet. & declaratio opinionis eius. excogitauit, inquit enim relationem in illo priori concipi oportere, vt eſt quædam forma paternitatis in actu ſignato, non autem in actu exercito, quaſi diceret: Relatio paternitatis eſt habitudo ipſa paternitatis, nõ tamen exercet actum referendi: vnde nil mirum videri debet, ſi non cõcepto, neque exiſtente filio, eſſe tamen põſſit, poſtea enim actum generationis, perſonam filii, & relationem talis perſonæ conſequi intelligitur, quo tempore paternitas, vt relatio intelligitur, hoc eſt in actu exercito, quatenus actum relationis, vel referendi exercet, quia nempe alium actum habet, ad quem refertur actu, ſcilicet perſonam filii, & relationem filiationis, tanquam correlatiuam ſibi. affert exemplum Ca-
Exẽplum. iet. de albedine; albedo eſt quædam forma, quę albedo dicitur, & non alius color. inſuper alius actus formalis reperitur exercitus talis formæ, quatenus videlicet albedine contingit

C hunc parietem eſſe album. ita de relatione. Verum argui-

tur contra hanc doctrinam, ut optime Ferrar. nouit. non. n. alius actus fingi, uel aliud relationis exercitium excogitari potest, quàm eadem habitudo ad filium, quę est relatio formaliter. Quod autem de albedine tradit Caiet. ad propositum parum attinet; nam potentia saltem absoluta Dei albedinis quiditas actualem ordinem non dicit ad parietem, uel ad aliud quippiam dealbatū; vel circa quod actum propriū exerceat, quemadmodum ad filiū habitudo ex ipsissima (ita dicam) formalitate propria hoc exercitium, seu hanc relationem dicit ad filium. Ferrariensis dat aliā doctrinam. nempe ait relationem diuinam, quatenus relatio est essentia identificari; essentia enim diuina eminenter omnia continet, absoluta, & respectiua. ideo paternitatis relatio quatenus absolute consideratur, (est enim essentia) personam patris constituit, quemadmodum personalitas nostra humana in nobis operatur. Et videtur doctrina Capreoli asserentis relatiuum, per modum absoluti, constituere. Quam nihilominus sententiam in multis deficere cerno; petam enim, si modus ille absolutus, vel per modum absoluti sit quidpiam absolutum, uel potius relatiuum. si relatiuum enim, non effugiunt manus nostras. si absolutum, in eam sententiam omnium deterrimam deueniunt, quę credit personas per absoluta constitui; quod aduersum est Concilijs. neque dicant relationē paternitatis esse, quæ constituit formaliter, nihilominus cōditionem superaddi, ut consideretur, quatenus est in patre, hoc est quatenus informat patrem nostro loquendi modo: quoniam paternitas ista, vt formaliter accepta est habitudo ad filium, & sufficienter constituit, & vt sic iam filium præbet, propter rationem cōtra Caiet. adductam. Alij igitur dicunt relationem, ut a relatiuo, & absoluto abstrahit, constituere. Omitto; vt Ioannes Basolus pulcherrimè adnotauit, vix posse hoc quod isti aiunt, imaginari. At procuIdubio non persistunt in doctrina Patrum, & Conciliorum omnium, asserentium relationibus diuinas cōstitui personas: quinimmo ipsorum rationes hoc vnum signanter probare videntur, per indifferentia scilicet non posse constitui personas illas. Quidam Modernus relationes docuit constituere, vt sunt formæ hipostaticæ in communi, neque tamen

Refellit doctrina Caiet.

Respōsio ppria Ferrariensis.

Impugnatio doctrinę Ferra.

Tacita solutio, sed repræssa.

Aliorum opinionis impugnatio quos Ioa Baso. enumerat.

Redarguuntur isti.

Euasio eiusdam recentioris.

men vllum ſequi abſurdum poterat in huiuſmodi poſitione.nam paternitas ex gr.vt forma hippoſtatica in communi, filiationem præcedit,quia non refertur; quatenus vero ſpecificè pro tali forma,quæ eſt paternitas,accipitur, eſt ſimul natura cum filiatione,& tunc temporis conſtituere non valet,

Reuocatur ea doctrina dupliciter.

Sed quo pacto eiuſdem ſententia refellenda ſit, ipſa paternitas docet,qua Pater in eſſe Patris conſtituitur,& a filio eo ipſo contra diſtinguitur,& ad eum refertur. Deinde quia vel forma illa hipoſtatica in communi, vt ſic tanquam relatio conſtituit concepta relatiuè,vel non.Si primū,obiecimus ſupra,& infra dicemus.Si ſecundum,non eſt igitur conſtituenda formalitas relatiua,ſed abſoluta;ac ita abſolutum quid cōſtituet diuinam perſonam,non relatiuum contra Concilia.

1.

2.

Quintū. Ad hęc relatio vt relatio ad extrinſecum terminum eſt,ut vero hippoſtatica forma in ſubiecto cuius eſt reperiri oportet.

Sextū cōtra fundamentum d.Tho. Cōfirmatur dupliciter.

Præterea contra fundamentum D.Tho.conſtituit, vt forma hippoſtatica, non conſtituit, vt relatio, ita argumentor. membra hæc coincidunt, quia paternitas, ut proprietas iam eſt relatio;at conſtituit vt paternitas,ergo,ut relatio; confirmatur, quoniam Sacri Tridentini Concilij patres dicunt, quod diuinæ perſonæ ſunt relatiuæ. Rurſus exemplo albedinis ſubiecto inhęrentis actu;fert.n.ſeipſam,ideſt albedinē, non nigredinem;ita pariter eadem paternitas patrem conſtituens,ſeipſam fert,non aliā;at ipſa eſt habitudo ad filium.ergo,vt habitudo,& relatio ad filium conſtituit; unde fundamentum illud nulla ratione admittendum eſt.quod ſi etiam

Nota.

admitteretur,ſatis tamen erit diuinas relationes,quatenus relationes ſunt, non conſtituere perſonas. quod idem San. Thom.hic,& quæſt.de potentia quæſt. octaua, artic. 3. ad 7. & q.10 art.5 ad 12. docuit expreſſe, & confirmatur inſuper nam ſi relatio ut dicit, Ad perſonam conſtitueret, ex eſſe Ad, relationis, & ex eſſe, In, diuinæ eſſentiæ conſtitutum quoddam per ſe vnum fieri oporteret, quia conſtitutiuum quodlibet facit vnum per ſe cum altera parte conſtituti. atqui eſſe,Ad,cum relatiuum ſit vnum per ſe conſtituere nequit cum eſſe In,quod eſt abſolutum,cum diuerſi ordinis dicantur.ergo perſona diuina ex relatione,vt relatio eſt,conſtitui nequit.Hæ ſunt rationes vniuerſæ,quibus Doctor ſubtilis

D. Tho. hic & q. de potentia q. 2. a. 3. ad 7. q. x. a. 5. ad 12.

is,& qui doctrinā illius insectantur,inniti possunt;& si quę aliæ formentur, ex his proculdubio consurgunt, & ad istas referuntur.

Obseruatio ꝙ non oēs istæ rationes sūt a Sc. sed præcipuæ, ad quas aliæ referuntur.

Prima opinio. Relatio cōstituit ut dicit esse in.

Prima snīa quæ multorū vr̄,de cōstitutione diuinarū psonarum per relationes,diuinam relationem tradit personam constituere,quantum ad esse In;quæ nihilominus a pluribus reprobatur. Primū quidem ex eo quod esse In formalissimū, est ipsius essentiæ Dei,quæ cum communis sit,& communicabilis pluribus,peculiarem personam non debet constituere. deinde esse In,cum absolutum quippiam dicatur,non potest relatiuam personam cōstituere; quod si dicas,in diuinis istud esse In neque absolutum esse,neque relatiuum,sed ab vtrisque præscindere,quemadmodum esse In in accidentib. in communi ab esse in accidētis absoluti, & relatiui abstrahit,veluti etiam de accidentali esse se habet ab esse absoluto & respectiuo præscindente,hoc certè non euadit. Etenim illud esse,eo ipso quo præscindit ab vtrisque,relatiuo scilicet & absoluto,est quid cōmune; persona uero particularis per aliquid commune constitui nequit omnino. Adde quod quæcunque in diuinis oppositionem relatiuam non habent vnum prorsus dicuntur,& sunt.

Refellit. Primo. Secundo. Tertio. Quarto.

Secunda opinio Relatio constituit ut essentia.

Alij,vt prędicta incommoda declinarent partim aliā viam ingressi sunt,partim eandem retinuerunt. Diuus enim Thomas,vt videre est quæst.8.de potentia art.3.ad 3.ait, quod sicut Adam antequam esset suppositum humanum,in esse hipostatico constitutus erat,& ita actioni propriæ præintelligebatur omnino,nihilominus tunc temporis nō erat distinctus,quatenus nondum aderat,à quo distingueretur, sed posito alio supposito humano,tunc distingui incipiebat, & hac via suam actionem non præcedebat; ita(inquit) relatio, ut personam patris constituens,quod habet,vt est essentia diuina,secundum rationem dicitur patris generationem præcedere;vt vero relatio,distinguit,intelligiturque ea ratione tanquam generationi consequutiuum. Ad nonum pariter scribit,relatio vt essentia constituit,ut relatio distinguit, idem quæst.x.art.5.ad 12.his verbis profitetur. Relatio ut essentia suppositum constituit in esse subsistentis naturæ. Ex quibus plane colligitur eam fuisse D.Th.sententiam, ut relatio quatenus

De potentia.q.x.a.5.ad 12.

tenus

tenus diuina eſſentia conſtitutiua dicatur perſonarum, quatenus vero relatio, diuiſiua. Ita plerique exiſtimarunt ſenſiſſe D. Tho. Quid autem ſentiendum ſit de D. Tho. in concluſionibus quibuſdam infra dicetur; illud certè conſtat, hanc

1. ſent. 9. 26. q. v. conſl. 3. ſniam ad litterã ſequutũ fuiſſe Capreolum in 1. ſen diſt. 26. q. vnic. concl. 3. Quæ tñ hanc eandẽ ſniam incõmoda ſequantur, ex his patebit.

Refellit. Primum. ſ. quia cũ vnumquodq. per id diſtinguatur, per qđ primo conſtituitur, ſi relatio diſtinguendi perſonas formalis rõ credatur, & cõſtituendi pariter erit.

2 Deinde, quia eſſentia eſt quid commune, & abſolutum, cui ratio conſtitutionis relatiuæ perſonæ repugnare de directo videtur.

3 Tertiò Pater, vt diuinam ſolummodo habet eſſentiam, ſolum Deus eſt, cui, vt ſic, generare nullo modo conuenit; generat quippe Pater in diuinis, quia pater, nõ quia Deus eſt.

4 neque exemplum de Adami, ſi ad litteram exponatur, tenet; quandoquidem Adam priuſquam alia ſuppoſita aduenirent, in ſe aliquid incommunicabile retinebat, quo, aduenientibus ſuppoſitis, diſtinguebatur ab eis. Pater nihilominus tãquam Deus (ut opinio iſta ſenſit) prout generationi præintelligitur, nihil incommunicabile in ſe habet, vel ſi habet, per idemmet diſtingui oportet.

Defenſio Caiet. Quo factum eſt, vt Caiet. hic art. 4. Diuum Thomam ſit conatus interpretari, quod relatio perſonam conſtituit, ut eſſentia radicaliter, quatenus videlicet cum eſſentia iuncta eſt, à qua ſi diſiungeretur, eſſe reale non haberet, conſequenterq; conſtituere perſonam nequiret.

Renocatur eius defenſio & altera opinio 3. de relationibus diuinis. At, ni fallor, expoſitio Caietani falſa eſt, nec facit ad propoſitum; in quo etiam conſequenter conſtabit, opinionem illam falſam eſſe, quæ aſſerit relationem, prout in ſubſtantiã tranſit, conſtituere perſonam, generationemq; præcedere, ut autem relatio eſt, diſtinguere. Nam, vt Sco. pulchrè 26. dicit Primi adnotauit, vel in ſubſtantiam tranſit, quia eſt idem formaliter cum eſſentia, & tunc abſolutum conſtitutiuum erit perſonarum, vel in ſubſtantiam tranſit, ideſt ſubſtantiæ realiter idẽtificatur, & ſupereſt adhuc ratio formalis relatiua vnde generationi præintelligi nunquam poteſt.

Quarta Opinio. Sunt qui dicant longe aliter exiſtimandum eſſe de conſtitutione Perſonarum. Pater. n. in eſſe perſonali per aptitudinalem relationẽ ad filium, non per actualem, conſtituitur, quæ relatio aptitudinalis

dinalis sic concepta generationem antecedit. Quæ sententia Henrico quolib. ix. quæst. 1. & 3. ascripta, si prima fronte spectetur, facillime refellitur, & Scotus prẹsertim redarguit illā quòd sacris Cōcilijs, & patribus refragari videatur, asserentibus Patrem, per esse Patrē, constitui, & distingui, at istud esse Patrem actualem ordinem relationis dicit, non aptitudinalē. Præterea verò Pater, saltem ratione quadam, prior filio, quatenus (aptitudinali relatione constitutus, præcederet ipsū filium adhuc melius, secunda Trinitatis persona constitueretur nempe verbū, quàm prima, quatenus per actualē ordinē ad Patrē hæc, illa vero per aptitudinalem respectū ad filium, cōsisteret; Demum cuncti norunt, etiā mediocriter in Theologia versati, nihil in diuinis, quod potentiam dicat vel aptitudinem, situandum esse, cum omnia sint puro actu constituta. Quare humana cogitatione huiusmodi aptitudo cōficta est, & idcirco nulla ratione est admittenda; Verum quia tot excogitauere opiniones Scolastici, vt periculum facerēt, si qua via Patrem æternæ diuini uerbi generationi præponere possent, secūdum nostrum intelligendi modum, quid hac de rē sentiendum sit, discutiemus postea.

Redarguitur præsertim à Scoto.

Altera extat de cōstitutione diuinarum personarum Dur. sententia in 1. sen. dist. 26. & 27. quæst. 1. asserentis personas relationibus constitui, quatenus relationes sunt formaliter: Paternitatem vero generationem actiuam, & passiuam vna cum filiatione, nec secundum rem, nec secundum nostrum intelligendi modum se præcedere, vel sequi, sed simul esse. Quę sententia valde facilis esset, nisi contra communem loquēdi modum scolasticorum omnium, & contra communem rationem concipiendi esset. Personam .n. prius in se cōstitutam concipimus, deinde actum, vt ab ipsa egredientem excogitare cogimur ipsi, qui operationem (etiam inuiti) operantem sequi experimur ob prioritatem, à quo secundū nostrum concipiendi modum, dicam vno verbo, concipitur semper operatio, vt à persona, nō persona, vt ab operatione; quemadmodum vsu loquēdi & recta philosophia docemur, ideo me recipere, qa ille dat, vel patior ego, quia ille agit, nō è contra. Cæterum nos cōtradictoria excogitare putat Dur, Patrem n. concipimus, ut generatione actiua; & passiua, filiationeq;

Quinta Opinio.

Impugnatio.

Obiectio pulchra Durandi.

tioneque priorem, quod tamen fieri nullatenus posse credit, quatenus hoc non est concipere Patrem, qui ex natura sua formaliter, & intrinsece est simul natura cum filio, immo in definitione patris filius, & ècontra essentialiter cadit. quod si dicamus paternitatem in illo priori, ut quid absolutum, concipi, hoc est difficultatis punctum, de quo infra.

Nulla est prioritas inter personam, generationē & relationem patris.

Prima igitur conclusio est. Quantum ad rem ipsam, omni que mentis nostrę opere secluso nulla prioritas; vel posterioritas, inter personam patris, generationem, relationemq; paternitatis ad filium viget; vnum quippe sunt, & idē tria hæc. Posset proposita conclusio multis rationib. ostendi, uerum quia sententiæ communi Doctorum maximeque Concilijs arridet, præsertim Symbolo Athanasij in tota Ecclesia recepto in illis verbis nihil prius, aut posterius, nihil maius, aut minus, nec vlla ratione præterea confutari potest, ita relinquatur. Illud vnum non prætereundum esse duxi, quod istius conclusionis sensus expostulat. Ita siquidem hæc conclusio intelligi debet, non quasi censendum esse suadeamus; quod per opus mentis nostræ Pater generet filium, gignit quippe proculdubio absque tali opere mentis nostræ; sed sensus est iste, inter patrem: & generare nulla distinctio est ex parte rei, sed fit per mentem nostram.

2. Concl. Quō paternitas constituit ut forma hippostatica.

Secunda cōclusio. Paternitas personam patris constituit, vt est quædam forma hippostatica, id est, ut personæ patris constitutiua forma. quasi Pater ita paternitate sit Pater, ut album albedine album est, dans scilicet se ipsam formaliter Patri, ut ipsa est; idest vt relatio dans esse relatiuum ad Filiū. Est enim paternitas relatio formaliter ad filium. Itaque constitutiua est, ut relatio, non ut relatio rationis, neque, vt relatio realis tantum, vel, ut diuina tantum, quia communis spiratio, & realis & diuina relatio est, non tamen constituit, sed constituit, vt forma, relatiua, realis, diuina; quæ est propria uni personæ, nempe, ut incommunicabilis simpliciter, & ut nēpe ut incommunicabilis simpliciter, & ut talis, nēpe ut Paternitas; dat enim esse Patrem; Pater autem, ut Pater incommunicabilis est, quia oppositionem habet.

Probatur secunda conclusio

Hæc secunda conclusio, tum ex dictis inter arguendum facile colligitur, tum ex D. Tho. in 1. par. quæst. 40. per totum, & ut optime

Caiet.

Caiet. deducit quantum ad hoc; quia pater in esse patris cõstituitur, non per essentiam diuinam, quæ communis est; ergo per relationem ex sufficienti enumeratione principiorum huiusmodi; in diuinis enim personis nihil aliud præter essentiam, & relationem reperies. Hæc autem relatio proculdubio non est filij, neque Spiritussancti, ergo patris; nec ista relatio est quid absolutum, quia per absoluta non cõstitui diuinas personas, iam ipsi comprobauimus. Deinde quia in ista relatione nihil, præter relatiuum, formaliter loquendo, reperiri potest; neque per modum absoluti cõstituere potest, quia patris personam, ut distinctam ab alijs personis constituit, quod sola relatione per modum relationis in Deo fieri cõtingit. Dices, Diuus Thomas expresse ait, non constituit, ut relatio, sed respondendum est æquiuocationem in verbis eius latere, vt aparebit infra.

D. Th. p. p. q. 40. & Caiet.

Tertia conclusio in illo priori, in quo secundum nostrum intelligendi modum per paternitatẽ, ut relatio est, Pater constituitur, nempè per esse ad filium, vt ad filium, non intelliguntur esse, neque generatio actiua, & passiua, neque filiatio, vt persona filij; neque paternitas, vt relatio consequens, neque filiatio, vt relatio consequens. Conclusio ista difficilima probatur, quia, ut superius demonstratũ est in secunda conclusione, suppositum semper ordine naturæ præintelligitur operationi propriæ. Amplius hoc est proprium, & diuinæ relationis peculiare, vt ipsa sit ratio suppositans, uel suppositum constituens, vti superius comprobauimus; hæc autem in Patre paternitas appellatur, uel habitudo ad filium. Dices, super quo fundamento, & propter quod fundamentum paternitas ista Patri conuenit, cũ generatio quæ fundamentum esse debet per opus intellectus post ipsam aduenire excogitetur? Huic sanè perdifficili percunctationi respondetur ita. Relatio ista venit tanquam forma essentiam hippostaticans non secus ac humanæ naturæ, Petreitas (accipio Petreitatem pro ratione suppositi) aduenire solet, & nihil amplius requiritur, ut hæc ratio suppositans sit, & illa suppositata ratio. At obijcies rursus, De essentia paternitatis est, & aliarum etiam relationum diuinarum, vt præsupponant, vel præconnotent

3. Concl. Paternitas ut constituẽs forma præcedit generationem filiationẽ, & paternitatẽ, ut est relatio cõsequens.

Probatur 3. Concl. Peculiare & propriũ diuinę relationis.

Ingẽs dubitatio soluitur.

Obiectio.

Relatio an supponat fundamentum.

fundamentum aliquod. nempe de ratione Patris est ad filium esse, seu referri quia genuit, non quia generabit. Respondeo falsissimum hoc esse, alioquin, inexplicabile est huiusmodi punctum, ac penitus inintelligibile. sat enim est, ut paternitas, quatenus paternitas, sit ad filium habitudo, vel ad genitum, uel ad generationem passiuam, quod autem actus generationis sit ante, vel post, de essentia paternitatis minime dicitur esse; nunc enim paternitatem suminius pro forma suppositate Patrem in esse Patris, vel in esse cuiusdam personæ, quæ sit Pater, & nō filius, ut sic autem est ad filium, & est habitudo actualis ad ipsum, non quasi quem genuit, sed quem generabit; quia in isto priori paternitas est ut principium suppositale, a quo generationis actus procedit. Excogitare licet hac in re nexū quendā in ipsa paternitate, seu habitudine Patris ad filium, nexū inquā actualē perfectum, quē cum denotet ratio paternitatis prout patrem in esse patris constituit, in illo priori sine ulla contradictione intelligimus patrem quatenus intelligimus nexum, & habitudinem illam. Et quia nouū est hoc, singulareque in Trinitate diuina, & nos imponere nomina consueuimus huic habitudini, uel paternitati prout generationis actum consequitur, idcirco non pauca intellectus nostri molestia uidemur argui, dum paternitatem absque eo quod sit ad filium, prægenitum intelligimus. At ipsi proculdubio intellectionē nostram ita corripere oportet, ut excogitemus relationem ipsam paternitatis tanquā nexum perfectissimum ad filium, & eripiamus illud aliud, quod videlicet præcedentem connotet generationē. hæc sunt quæ omnes Doctores, per relationem paternitatis Patrem constitui credentes, prout a filio distinguitur, fateri debent; si tamen profitentur relationem paternitatis formaliter actū generandi præcedere; nec aliter uideo quod refugium habeant; nisi forte fateantur, non precludere huiusmodi relationem ipsum actum generandi, ut præteritum; quæ doctrina ex eo facile confirmatur, quia, ut ignē ignire dicemus, quia ignis est, ita Patrem dicimus patrare, quia Pater est. Dices verò in illo priori, in quo paternitas Patrem constituit, simul filium cointelligere oportet, quia relatiu-

Solutio.

Quo intellectum in re tā graui corripere debemus.

Obiectio.

relatiua sunt simul natura, & intelligentia pariter, unde in illo etiã priori filius est; sed Pater est Pater antequam generet, quo quid absurdius? Fateor nodum difficilimum hunc esse; in illo tamen priori non est filius secundum nostrum intelligendi modum; veruntamen quia paternitas est ipsa realis habitudo ad filium, simul intelligentia filium eundem esse dicimus cum Patre quatenus eadem habitudo ad filium sine filio concipi, aut intelligi nequit. Adhuc vrges, ex eo quod simul sunt natura simul esse intelligentia; vnde si implicat non esse simul intelligentia, à fortiori non esse simul natura. Dicendum ad hanc obiectionem, si per simul natura, vt quãdo vnum est, alterum pariter sit, intelligas, negatur hoc de omnibus relatiuis, præsertim diuinis, at si natura simul accipias, ita vt vnum relatiuum ex sua natura, ad alterius naturam sit, adeo quod in hoc simultas maneat, quod vnius natura & ratio ad alterius naturam, & rationem sit; non autem, quod si vnius natura existat, alterius pariter existere teneatur, rectè quidem contemplaris; nam quando vnum relatiuum actu est, & alterum quidem actu esse debet, quotiescũque relatiua creata sunt, & prædicamentalia, quæ fundamenta consequuntur, de quibus Aristoteles cap. de relatiuis in lib. Prædicamentorum, & lib. 5. Met. secus vero de relationibus diuinis excogitare debemus, quarum etiam habemus exemplum suo modo in reb. creatis; inexistat enim in me similitudo actu ex albedine quam habeo consurgens, at nullum aliud præter me album sit, alia deinde cum alio albo noua similitudo cõsurgat; mea similitudo, quæ prius interminata erat, modo ex aduentu nouæ similitudinis, terminatur, nihil tamen plus acquirit, quàm prius haberet; sed est alia potius adueniens de nouo, quæ cum suo esse aliquid acquirit. Ita pariter dicendum de paternitate præcedente, secundum intellectus nostri rudem modum cognoscendi, generationem. Quod si dicas, communi consensu receptum esse entis ad non ens nullam esse realem relationem; cum ergo in illo priori filius non sit paternitas, relatio rationis erit non realis; occurrunt plerique huic obiectioni dicentes, quod attinet ad genus istud relationis diuinæ, & transcendenta-

Margin notes: Solutio. — Redargutio. — Quo relatiua sint simul natura. — In quo manet simultas naturæ. — Correlatiua non oportet in omni statu coexistere: sed cointelligi. — Notãdũ. — Ar. c. de relat. in Prædicam. — Vtrũ entis ad non ens sit relatio realis.

lis,relationem tranſcendentalem poſſe eſſe ad terminum non exiſtentē;quatenus nulla implicat contradictio, quemadmodum de potentia materiæ quidam Philoſophi tradiderunt. ita ferè Iandunus 1. Phiſ.quæſt.15.licet nonnihil variet,aſſerendo videlicet huiuſmodi potentiam materiæ eſſe ad agēs, à quo materia eſt tranſmutabilis naturaliter. adeſt etiam exemplū ſcientiæ ad ſcibile,hæc enim formaliter ex parte ſui refertur,cum tamen ex parte ſcibilis formaliter nulla ſit relatio,ut Philoſophus fatetur. Hoc autem ideo euenire cenſendum eſt;quia in ſcibili nullum fundamentum adeſt dependentiæ;ita pariter de paternitate quantum ad hoc dicendum eſt;in illo enim priori,quo Pater paternitate conſtitutus filium præcedit, paternitas eſt relatio realiſſima,veruntamen non adeſt relatio filiationis, niſi ſecundum intelligentiam. Vrges iterum hanc eſſe relationē rationis,quemadmodum inter ſcientiam & ſcibile,ſed contra, quoniam ex parte ſcientiæ ſaltem etiam naturaliter eſt relatio realis formalis. Præterea illud oritur ex carentia fundamenti,at ſecus de relatione diuina, quæ ſubſtantia eſt,euenire oportet. Demum,etſi nulla ſint in natura exempla huius doctrinę,admirabile eſt,& ſingulare iſtud priuilegium diuinæ Trinitatis,nullamq; implicat contradictionem, ponere ſecundum noſtrum cognoſcendi modū relationem vnam ſine ſua correlatione propria,quo ad exiſtentiam loquor,non quoad intelligentiam.

[Margin: Ioa. Gād. 1. phiſ. q. 15. — Obiectio. — Solutio. — Diuinæ trinitatis priuilegium.]

Quarta concluſio. Sanctus Thomas bene dixit, quod paternitas,ut relatio non conſtituit: verum ly,relatio,in alio ſenſu accepit diuerſo a prædictis. Relatio enim ſecundū D.Thomam facit,ut vnum extremum per ipſam referatur & aliud extremum per aliam, & ita extrema ſupponit cum ſuis fundamentis fundantis huiuſmodi relationes. Vnde bene dicit quod perſona Patris iam conſtituta & quæ genuit filium paternitate, refertur, ut relatio eſt,ideſt,ut per quam refertur.quod acutiſſimè quidem adnotauit Caietanus.licet non ita tute ſuis terminis ſignati, & exerciti vtatur.Et ex his ad argumenta omnia ſolutio patet,de quibus hactenus.

[Margin: 4. Concl. Paternitas ut relatio nō cōſtituit, quō intelligendū ſit in uiaD.Th.]

Num

Num Relatio diuina formaliter dicat perfectionem.

Controuersia IIII. Theologica.

QVVM de Relationibus diuinis variæ, & pulchræ a Theologis moueri soleant quęstiones, nulla fortassis pulchrior ea est, qua inuestigatur An ullam perfectionem formaliter dicant. Est itaque primùm cō- Opinio Sc.quol.5 1.
munis Scotistarum sententia, ideo uideri relationes diuinas nullam dicere perfectionem, quoniam diuina relatio neque excedit, neque exceditur, cum nullum ordinem ad subiectum dicat, in quo reperitur, sed potius secundum propriam relationis rationem ad terminum referatur, & cum diuina essentia identificetur. Deinde, si relatio diuina formaliter vllam diceret 2.
perfectionem, sequeretur, aliquam in Patre adesse perfectionem Paternitatis, quæ in filio esse nullo modo potest, ac ita non seruaretur æqualitas in diuinis. Adde, quod 3.
plures formaliter infinitas realiter distinctas res in deo collocare, absurdum prorsus videtur, at si diuinæ relationes dicunt perfectionem, tres in Deo formaliter infinitæ res realiterque distinctæ erunt, ergo Relationes illæ secundū formalem conceptum perfectionem dicere non valent. Atque ita propriam sententiam statuunt. Quam Thomistæ infringere nituntur, præsertim verò Dominicus Bannes Opposita sententia Th. & pręcipuè Dominici Ban.
Doctor Salmant. inter recentiores præclarus, in suis Commen. pri. par. D.Tho. quæst. 28. artic. 2. diuisione præmissa. hanc enim inquit inter cætera accidentium species differentiam versari, & relationem ipsam, quod prioris ordinis entia, tum secundum propriam, tum secundum communem accidentis rationem subiectum, cui insunt respicere videntur. Vna relatio secundum communem tantummodo rationem accidentis subiectum, in quo est respicit, secundum vero propriam dirrigitur ad extra. Qua deinde animaduersione supposita, tres affert Conclusiones. 1. Relatio

latio ſecundum communem accidentis rationem perfe-
Relatio ſecundũ cóceptus accidẽtis dicit perfectionẽ. ctionem aliquam dicit,quòd videlicet accidens quoddam exiſtat, ut ſic ad ſubiectum ordinem habens. 2. Relatio ſecundum communem rationem accidentis relatiui,quatenus relatiui,nullam perfectionem, aut imperfectionem dicit,quod nullum pariter ordinẽ ad ſubiectum habeat, ſed ad ſuum correlatiuum referatur. 3. Relatio quælibet diuinarum Perſonarum,quemadmodum pariter vnaquæque Relatio creata,dũmodo ens reale exiſtat, formaliter perfectionem dicit, quoniam in ſuo formali conceptu ens reale ad ſubiectum ordinem habens clauditur ab ipſa.

Refellit ſecunda Dominici concluſio. Sed Ambiguitas non modica ſurgit ex ſecunda concluſione huius Doctiſſimi Viri;erratum quippe videtur nõ paruum,quod Relatio in ea communi ratione reſpectus nullam formaliter dicat perfectionem. Niſi enim diuinæ Relationes perfectionem in proprio, & communis relationis conceptu dicerent, cum reſpectus formaliter etiã in communi conceptu aliquid ſit; eſt enim reſpectus, & nedum ens,ſed tale ens, nempe reſpectus, ſequeretur in Deo aliquid reperiri extra non ens poſitum, cui boni, & perfecti ratio deeſſet,nempe reſpectus,qui uerè,ſecũdum etiam communem conceptum reſpectus, reperitur. hoc autem infinitæ perfectioni Dei intenſiuè,& extenſiuè,eſſentialiter repugnat, quin immo eo ipſo ſequeretur ali-
Implicat diuinę relationes neq; perfectionẽ, neque imperfectio nem dicere. quid Deo conuenire,cui ſcđm cõem rõnem ſuam imperfectio ineſt:q̃nquidẽ imperfectio magna ur̃ ſcđm ſe, non habere perfectionem. Dicam enim cum perfectio maximè cuique deceat ſi actu alicui,vel potentia ſaltem nõ cõuenit perfectio ipſa,id euenire, quia ſibi repugnat: perfectionem verò diuinæ relationi ſecundum cõmunem conceptum relationis repugnare,alia rurſus imperfectio cenſetur. Et miror propterea,ut hoc obiter dicã, hic Scotum dixiſſe, relationes diuinas neque perfectionem, neque imperfectionem dicere, cum tamen ex eo maxime cõſtet imperfectionem dicere quia non dicunt perfectionem.

Euaſio eiuſdem recentioris. Scio Moderniorem hunc dicturum,quod vtique reſpectus quilibet diuinarũ Perſonarum in diuinis perfectionẽ dicit;ſed hoc eſt ratione entis realis formaliter in huiuſ-

modi

modi respectu intrinsecè reperto. Quę tamen solutio obiectionem non euadit, dicam enim amplius eiusmodi respectum in communi ratione respectus, abstrahendo uidelicet a formali conceptu entis realis respectum esse in Deo repertum, vt respectus etiam, nihil enim nō est respectus. adhuc igitur aliquid superest in Deo in suo conceptu formali præter entis realis, conceptum, nempe iste respectus perfectionem nullam habens, quod tamen maxime indecens uidetur, vellem dicere, quod melius esset illum respectū, ut respectus est, aliquā dicere perfectionē, postquā nō implicat, & rationes oppositæ soluentur, quam econtra. Alius conceptus formalis entis, alius cōceptus formalis respectus.

Ex aduerso ideo concludamus relationem, nedum ens reale in sua ratione claudentem, sed etiam præcisè secundum formalem communem relationis conceptum, quo respectus communiter dicitur, nō quantitas, qualitas, aut aliquid aliorum, perfectionem dicere, nam ita nos manifesta conuenientia docet, ratio ipsa suadet, & obiectiones quas faciunt oppositæ tolluntur. Cōclusio.

Ad primam enim obiectionem respondetur, quod Relatio diuina formaliter perfectionem dicit ex ratione tradita superius. quod autem secundum formalem relationis conceptum perfectionem apud nos non dicat, extrinsecū est proposito; sat est enim ut secundū se & intrinsecè, formaliter loquendo, perfectionem dicat. Ad 1. obiectum.

Ad secundam, quidam respondent, aliquā uerè in una diuina Persona perfectionem inesse concedendo, quam tamen impossibile putant alteri Personæ conuenire, neq. propterea, inquiunt, ulla sequitur contradictio, quia de relatiuis perfectionibus ita sentiendum est necessariò. Quā nihilominus sententiam, & doctrinam putant non ita publicè prædicandam esse, quia male sonat apud pias, & idiotas aures. at hæc Modernorum responsio fallax est, & uniuersæ Theologorum Scholæ cōtraria, propterea quod diuinæ ęqualitati opponitur: nec seruat plenitudinem perfectionum in qualibet persona Trinitatis. insequuntur idcirco alij communem responsionem, asserendo falsam esse consequentiam Scoti, tota enim perfectio paternitatis in Patre in ipsa itidem Filij persona per modum filiationis Ad 2. Respōsio quorundam. Refellit. Cōis responsio. Obiectio.

reperitur.

reperitur. At eiuſdem Scoti ſectatores ardua ſatis obiectione rurſus inſtare nituntur. Paternitas enim diuina, ut Paternitas formaliter eſt, perfectio inquiunt Aduerſarij, at hæc eadem formaliter, hoc eſt per modum Paternitatis in filio eſſe nequit, ergo illius formalis relationis perfectio deeſt ipſi Filio. & ex conſequenti eadem inequalitatis obiectio Perſonarum redit.

Nota. Hæc obiectio in cauſa fuit ut plerique tutiorem hanc ſententiam deſeruerint, dixerintque relationem formaliter perfectionem nullam eſſe. Sed ne quempiam gratis condemnari ſinamus (porro vnum euitare nitentes, ideſt inequalitatem perfectionis in aliud incideremus erratũ) propoſitam difficultatem reſoluemus dicimus autem paternitatem, qua talis eſt, perfectionem quidem eſſe in Patre, nec ſub ea ratione in filio reperiri, ergo (dicunt) aliqua filio deeſt perfectio, nempe Paternitas per modum paternitatis, negatur iſta conſequentia; namque reſpectu Filij Paternitas per modũ paternitatis nulla eſt perfectio quatenus Filium per modum Patris Patrem eſſe nedum perfectio nulla cenſetur, quin immo ſumma implicatio. Dum enim Patrem dicimus per modum Patris, eo ipſo filium Patrem eſſe non poſſe affirmamus. Pater ſiquidem eſt per modum Patris, qui filium habet alium a ſe, & ſi alius nõ eſſet, filius proculdubio non fuiſſet. Quis autem unquam dicet filium imperfectum aut inęqualem Patri, quia eam perfectionem non habet, quæ neque ratione ſui eſt perfectio, neque ens?

An Paternitas ſit perfectio, & quõ.

Ad 3. Ad poſtremam difficultatem reſolutio patet ex Capre. hic. quælibet enim diuina relatio realiter formaliterque eſſentiæ Dei identificatur, quæ cum ſit vnus Deus, & relationes pariter, quanuis infinitæ (a nemine ſiquidem limitantur) vnum in ratione infiniti erunt. Quibus examuſſim ita conſideratis Aduerſariorum minimè proficiunt rationes, ut conſpeximus, neque ſecus pro veritate dicendum.

Quod

Quod Creata Specie Beati Diuinam essentiam contueri valent absoluta virtute Dei.

Controuersia. V. Theologica.

HIC paucis absoluendum est, vtrumnam Beati in Patria diuinã Essentiã per creatã spẽm contueri possint absoluta Dei virtute. D. Thomas in primis negatiuam partẽ hisce rationibus suasit. quia per similitudines inferioris ordinis rerum superiora nequeunt intueri: atqui creata diuinę Essentiæ repræsentatiua species est inferioris ordinis, ergo Deum beatis oculis obiicere non potest. Præterea Diuina Essentia est aliquid incircumscriptum, supereminenter in se continens quicquid intellectu creato significari, uel intelligi potest; at id nullo modo per creatam speciem repræsentari potest, cum hæc ipsa ad aliquam rationem in particulari determinata existat. Hæc igitur D. Thomæ sententia est, cui Thomistarum ferè omniũ Schola consentit.

Sententia D. Th. 1. p.q.12. 2.

Prima ratio.

At nobis secus sentiendum esse rectissima ratio suadet. Quibus vero rationibus ea reflectitur, eisdem nostra opposita probatur, quæ creata specie Deum censet posse videri. Primum enim speciei intelligibili illud tantummodo tribuendum videtur, quod est esse repræsentatiuum per modum alicuius determinantis potentiam intellectiuam ad aliquod obiectum; potentias enim cum se ipsis ad omnia indifferentes existant; per intelligibiles species ad sua obiecta veluti per dispositiones proprias determinari oportet; nec vlterius requiritur, vt similitudines sint impressæ vel expræssę, vt B. Tho. vocat, rerumque imagines adęquatæ, quasi vniuersa, quæ in obiecto per modum obiecti reperta sunt, in seipsis continere debeant, totque in speciebus eisdem delineamenta appareant, quot insident in obiecto actu. Neque enim species ipsæ percipiuntur à potentia, sed obiectum, quod intelligitur media spe-

Opposita sententia.

Prima rõ qua suadetur hæc secũda Opinio.

An species intelligibilis debeat esse repræsentatiua obiecti.

cie inexiſtente; conſpicuum eſt autem quod repræſentatiuum eſſe per modum determinantis ad tale obiectum, non eſt, imaginem neceſſariò, & eſſentialiter eſſe, vel adæquatam eiuſdemmet obiecti ſimilitudinem: ſed eſt potius medium quoddam eſſe; diſpoſitionemque vim habentem præcisè ad obiectum potentiam diſponendi. Intelligibiles enim ſpecies cum accidentia ſint nullam aliam præter diſpoſitionem potentiæ ad obiectum includuut ſimilitudinem ad ſubſtantiam, cuius tamen intelligibiles ſpecies dicuntur. Non eſt ergo ſpecies ipſa imago vel adequata ſimilitudo eſſentialiter (vt S. Th. dicere videtur) ſed diſpoſitio potius, & ſpiritualis qualitas intellectus diſpoſitiua ad hoc vt actum circa tale obiectum, & non circa aliud eliceret valeat. Virtutem enim repræſentandi obiectum habet, id eſt determinandi ad obiectum; quod ſi creatã ſpeciem ad infinitum obiectum determinare poſſe, indecens nonnullis videatur, mihi ſanè decens, & poſſibile eſt; quãdo quidem & beatifica ipſa creati intellectus viſio, cum circunſcripta, omninoque actu finita ſit, Dei tamen interminatæ magnitudinis naturam repræſentare ualet Beatis.

Species intelligibilis determinat ut diſpoſitio

Creata ſpẽs põt determinare intellectum ad obiectum increatũ.

Ad primũ & ſecundum Arg.

Ex his ambiguitates oppoſitæ tolluntur. Ad primam enim dicendum maiorem propoſitionẽ falſam eſſe; quippe latis eſt ſpeciem creatam, quamuis inferioris ordinis exiſtat, diſpoſitionem eſſe determinatiuam, hoc eſt, virtutem diſponendi, & determinandi ad hoc, ut idem obiectũ nanciſci ab ipſo Deo poſſimus: quemadmodum in ſenſibilibus ſpeciebus apparet, quæ cum accidentia ſint, nihil præter determinandi virtutem habent. Et, vt verum fatear, qualis inter accidentiá, & ſubſtantiam adęquata ſimilitudo reperire vnquam poterit, ſi ſpeciem dicas adęquatam ſimilitudinem obiecti formaliter? Addo, quod in vno inferiori Angelo ſpecies aliqua habetur ſuperiorem repræſentans, cum tamen inferior a perfectione plurimum ſuperioris cadat. quare non incongruit ſpeciem inferioris ordinis, obiectum ſuperioris, per modum determinantis, repræſentare, qua ratione etiam confirmationi eiuſdem ambiguitatis ſatisfit. Sed quidam Moderniores ex Thomiſtis affirmant rationes eſſe diuerſas de Deo, & Angelis in

Occurrſit Thomiſtę

ratione

tatione repræsentandi per speciem: Superioris enim Angeli repræsentatiua species in inferiori Angelo, neque efficienter, neque obiectiue ab Angelo fieri dicitur, sed immediatè a Deo, ac ppea satis est, ut tm̃ habeat præstantiæ, & perfectionis species illa, quãtum Deus creator, & effector uult creando illam habere, eam inquam perfectionem, quæ inferiorem Angelum decet. At uero si species deitatis fieret, hæc obiectiuè, nedum efficienter, ab ipsa deitate flueret, unde melioris uel saltem equalis dignitatis, & perfectionis cũ obiecto, quod repræsentare debet, esse oporteret, quemadmodum in qualibet specierum, quæ fiũt ab obiecto efficienter, & obiectiue apparet. Sed firmum huiusmodi non uidetur refugium. sit enim ea species quantum vult perfecta, & immaterialis creata, in genere semper perfectionis, & immaterialitatis minus Deo perfecta & immaterialis erit, cum accidens sit, & creatum ens. Neque, vt diximus, uerum est, ęqualis esse dignitatis oportere speciem, quia repræsentat; nam diximus superius quomodo species repræsentatiua sit, & exempla in rebus hisce creatis ostensa fuere. Dicunt Deus altioris immaterialitatis genere, & plusquã genere differẽs est ab ea creata spẽ. qua ergo rõne spẽs ipsa diuinã repræsentare poterit Essentiã? ea ne rõne superius tradita, quia uidelicet nulla implicatio ostendi potest ab eis, nẽpe in ratione repræsentandi per modum determinantis speciem creatam obiectum in creatum repræsentare non posse. Ex quo patet etiam alterius obiectionis solutio.

Tollitur obiectio Modernorum.

Noua obiectio.

Responsio.

Sed ex his ambiguitas noua oritur. speciem enim oportet explicare Deum, qui infinitus est sicuti in seipso manet infinitus, quoniam & visio pariter per speciẽ suo modo effectam in Deum fertur infinitum. licet enim concursus speciei huius puta essentiæ diuinæ visionem finitam producat, tamen principium infinitum esse oportet in ratione efficiendi, propter obiectum infinitum, ad quod terminat effectiue potentiam, quemadmodum in Creatione apparet, ubi licet creatura, quæ creatur sit finita, uirtus tamen ad creandum exigitur infinita. Hinc factum est, ut S. Tho. determinantem speciem Dei infinitam esse opor-

Rursus obiiciũt.

De facto Deus per ipſammet diuinam eſſentiam loco ſpeciei conſtuetur.

tere docuerit. Equidem puto, quod & uniuerſalis Eccleſia, & docet, & ſuadet recta ratio de facto Beatos diuinam Eſſentiam intueri per ipſammet Eſſentiam Dei, tanquam per ſpeciem adęquatam, & magis dignitati Dei, ac Sanctorum conſentaneam, & demum quia fruſtra multiplicantur ſpecies, ubi nulla neceſſitas urget. Veruntamen quia ſpecies non ponitur ut ſimilitudo, vel imago repræſentans ipſum obiectum, ut D. Thom ponere uidetur: ſed eſt tantum diſpoſitio intellectus ut actum intellectionis elicere valeat circa tale obiectum, & hęc habet virtutem repręſentandi obiectum, non quia ſit eiuſdem rationis cum obiecto in eſſendo, neque enim intellectus videndo ſpeciem uidet obiectum, quemadmodum ego uideo in imagine Cæſarem, ſed quia exiſtente huiuſmodi qualitate in intellectu uidet obiectum, nō percipio ſatis cur abſoluta uirtute Dei creata ſpecies finita huiuſmodi effectum præbere non ualeat. Certè nulla adeſt contradictio. Sed latius hic parumper digredi liceat pro notitia huius rei.

Quidam Thomiſtæ exiſtimãtes ſpeciē intelligibilē efficięcur determinare potētiā ad obiectum.

Caietanus Capreolum ſequutus Ferrar. Sot. & alij Thomiſtarum plerique vnanimiter conuenere ſpeciem in determinando potentiam ad obiectum ſuum aliquo modo effectiue ad huiuſmodi notitiam efficiēdam concurrere. intellectus quippe ex parte, & ſpecies etiam ex parte producunt determinationē illā intellectiuā. intellectus, ut potentia uitalis, illa uero ut ſpēs. ſic aiunt, Deum ut ſpēm tribuere ſe potentiæ, tanquam ſpecies determinatiua effectiuę potentiæ reſpectu viſionis Diuinę. Vnde mirum non eſt, ſi valde nos errare putent, dum creatam ſpeciem aſſerimus repreſentare Deum poſſe. Nulla quippe ad infinitum, inquiunt, reperitur virtus finita. At oppoſitum huius doctrinæ communi omnium conſenſu ſuadetur.

Impugnãtur hic in parte.

Nulla enim ſpecies effectiuè concurrere poteſt, dando aliquid effectiue reſpectu cognitionis, quæ tota vitalis eſt, cum quatenus ſpęcies nō ſit vitale principium. Sed aiunt ſpeciem tantum determinando potentiam concurrere effectiue ad talem viſionem, quæ fit poſtea à potentia intellectiua. Ita enim diuina eſſentia per ſuam pręſentiam loco ſpeciei determinat potentiam beati intellectus; quibus

Nota reſponſum Thom.

bus demum ita obijcientibus respondetur, si nihil aliud species effectiuè præstat, quàm determinare potentiam ad obiectum per modum speciei stătibus supradictis, cum virtus infinita actiua non requiratur, cur istud speciei creatæ, vt superius commonstrauimus, poterit denegari. Atque ita quod probare instituimus verissimum apparere videtur.

Cuiusnam actus sit Diuina Prædestinatio, intellectusne an voluntatis.

Controuersia VI. Theologica.

HAC de re tres sunt inter se pugnantes Theologorum sententiæ; vna est Scoti in 1. sent. dist. 40 cum suis sectatoribus, qui aiunt Prædestinationem propriè loquendo, cum nihil sit præter Diuinæ volũtatis electionem, qua hos elegit sibi homines, illos uero reliquit Deus, actu solo diuinæ eiusdem voluntatis contineri. Hăc sequi videtur D. Bonauen. ibid. quæstio. 2. asserendo tria quidem Prædestinationem constituere, uoluntatem, præscientiam, & potentiam; præ cæteris tamen voluntatem ad illam pertinere. Opin. Sc. & D. Bon.

Altera sententia est D. Tho. in 1. par. quæst. 23. artic. 2. & de Veritate quæst. 6. art. 1. asserentis Prædestinationem uoluntatis actu præsupposito ad actum formaliter intellectus attinere quam Dur. in 1. sen. dist. 41. quæst. 2. conatur tueri rationibus. Opin. D. Thomas sequitur Dur.

Ex his duabus opinionibus posteriorum equidem iudico esse probabiliorem, & magis congruentem, tum rationi, tum veræ Philosophiæ; præsertim verò propter auctoritatem D. Thom. pietatis, ac doctrinæ studiosissimi, verũ tertia opinio media inter has Mag. sent. in 1. dist. 40. quam alij plerique Doctores sequuntur, dum Prædestinationem probat vtrumque actum intellectus, & voluntatis æqualiter includere, ad veritatem propius accedere videtur, licèt Opinio Mag. sen.

plenè

plenè veritatem ipsam non attingat. Age igitur, primùm ipsi narrationē quæstionis præponamus, quæ ad intelligētiam dicendorum magis attinet, deinde vero nonnullis Cōclusionibus quartam addamus opinionem, rationi magis consentaneam. Diuinum imprimis intellectum contemplantes scire nos oportet ipsum ineffabili quadam in seipso fuisse simplicitate donatum, licet secundum nostrā intelligendi modicam tenuitatem, plenitudinem eius intelligere valeamus, nisi multa in ipso præintelligendo esse, aliaque alijs priora exempli gratia, quod propositum nostrum postulat, est, quod Deus vniuersos homines in mente sua primùm nouit; tum ex ijs quosdam elegit, alios vero reliquit; postremo, quos elegit in finem beatificum destinauit præstitutione quadam efficaci per media decentia.

Diuini Intellectus sūma simplicitas p modū rei compositæ a nobis intelligit.

Declarato tituli Quæstionis.

Dubitatur itaque in præsenti, an actus Prędestinationis diuinæ sit actus ille secundus electio, an tertius magis, qui ordinatio est in finem beatificum. Atque quidem dicere vtrunque dici posse; quibus vero fundamentis, & rationib. hanc veritatem tueri posse, crediderim, his Conclusionibus excipito.

1. Concl.

Prima Conclusio. Prædestinatio diuina continet vtrūque voluntatis, & intellectus actum essentialiter. Probatur primo quo ad partem intellectus. Prædestinatio enim vt pulchrè D. Thom. est pars diuinæ Prouidentiæ, hæc vero prudentiæ. Atqui tam prouidentia quàm prudentia est res quædam, ad intellectum attinens, ergo & Prædestinatio ipsa. Maior vel ex eo latissime constat, quod ipsa destinationis ratio directionem quandam inquit in peculiarem finem, ut ipsa non destinare, quòd est, definire, deliberare, deputare patefacit. Verum & Apostolus Paulus ad Rom. scribens ait; quos præsciuit, & prædestinauit, ubi ly, præsciuit, actum intellectus ostendit, qui est Prædestinatio; quemadmodum etiam Paulo infra cap. 11. consequēter declarans ait. Præsciuit plebem suam, &c. Amplius non sum nescius ad vltimum finem humani generis ita se habere Prædestinationem ipsam, quemadmodum intellectualis Ars, qua Deus miro ordine imperādo res singulas efficit, quemadmodum enim per suum diuinum intellectum dicen-

1. probat quoad partem intellectus.

Cōfirmatio.

3.

dicendo, fiat lux, vel quidpiam aliud; res singulas creauit, ita per eiusdemmet intellectus efficaciam ad uitam æternam, sponte sua, nos præstituit. Sed & D. August. in lib. de bono perseuerantiæ cap. 17. prædestinare, ait, est in præscientia futura disponere, & ordinare. præscientia uero, dispositio, & ordinatio ad actum intellectus attinent. Hieronymus idem habet in 1. cap. ad Ephesios. & Luc. Actorum xiij. dicitur, credidisse quotquot præordinati fuere ad æternam uitã, ubi præordinationis uerbo intellectus actũ designari oportet. Qđ postea uolũtati tribuatur Prædestinatio propriè, & essentialiter, probatur. primo, ex Scripturis, præsertim D. Pau. ad Rom. cap. ix. dicentis cum nondum nati fuissent, aut aliquid boni, uel mali egissent, ut secundum electionem propositum Dei maneret; non ex operibus & cætera. ubi Prædestinationem uocat electionem & propositum ad uoluntatem spectantia. Idem ad Ephesios 1. elegit, inquit, nos in ipso. Matth. etiam 20. dicitur. Multi sunt uocati, pauci uero electi. At illud saltem quis negare audeat, Prædestinationem scilicet causam esse, ut prædestinati media quædam consequantur, ex ui prædestinationis, quibus mediantibus, æternam uitam assequuntur. Primum autem, & præcipuum mediorum, quod est uocatio per fidem, in sacris litteris beneplacito Dei ascribitur, iuxta illud Luc. x. abscondisti hæc a sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis, idest paruulos ad fidem vocasti, ergo diuini beneplaciti, uel voluntatis actus est Prædestinatio nostra. Vnde & Matth. cap. xi. dixit Iesus, ita Pater, quia sic placitum fuit ante te. Addo, quod Prædestinatio ipsa infallibilem finis consequutionem necessariò includit, q̃ infallibilitas ex voluntate diuina nasci tur. Atque ex his cõstat, tũ voluntatis, tum intellectus actũ diuinam Prædestinationem includere. Quibus postremo addamus velim diuina cognitione nequaquã fieri, vt res sit, est enim duntaxat cognitio ipsius rei abstrahẽdo ab existentia, id autem quod rem complet, & determinat, vt sit, est diuina ipsa voluntas. at Prædestinatio claudit intra se cõsequutionem finis, atq; insuper hunc finem dicit esse beatitudinem, & quidnam illã consequatur, ergo vtrumq; voluntatis,

3. 4. Act. xiij. 2. probatur quoad partẽ uoluntatis. Primò. Cõfirmatio. 3. Vocatio beneplaciti attributum. Luc. x. Cõfirmatio. Cõsequẽtia finis in prædestinatione claudit. 3.

luntatis, & intellectus actum includere debet. Immo in actu intellectus reperitur neceſſario virtus voluntatis, ſine qua Prædeſtinatio non eſt vlla in Deo.

Secunda concluſio electio, & præordinatio prædeſtinatio dici poſſunt.

Secunda Concluſio. Quod attinet ad rem ipſam, quæ Prædeſtinatio eſt, tam electio illa diuinæ voluntatis præciſe, quam ordinatio intellectus Prædeſtinatio iure dici poteſt. Etenim electio præſupponit ordinationem, & ordinatio electionem. Dixi uerò, præcisè. nam, etſi electio ſecũdum ſe, & præordinatio Dei præcisè realiter, & formaliter indiſtincta dicuntur, nihilominus ſecundum noſtrum intelligendi modum, ſi electionem a præordinatione diſtinguẽdo præcisè ſumamus, utraque iure Prędeſtinatio uocatur.

Probatur primo. Prædeſtinationis deffinitio

Quod cum ſuperius ex ſcripturis ſanctis abundè probatum ſit, ratione nunc idem oſtendemus. Prędeſtinatio namque quantum ad rem, quam ſignificat eſt directio alicuius in ęternam, & beatam uitam, cum efficaci conſequutione finis. unde quot quot eliguntur a Deo efficaciter, ut ſempiterna gloria fruantur, efficaci pariter directione diuina feruntur in finem beatificum. Quod ſi quiſpiam coercens voluntatis actum ab ordine mediorum in finem occurrat, huius falſa ratio & ſuaſio uel eo maxime retunditur, quia cõſtat, quod propoſitis ab intellectu medijs ducentibus ad finem, ipſa uoluntas eligit, & quod iſte beatitudinem conſequetur, & quod medijs non fruſtrabitur. & hoc idem de intellectus actu, ſi præcisè accipias, dicatur oportet. nempe Prędeſtinatio eſt ordinatio pręceptiua, ut iſte homo ex. gr. beatam ſibi comparet uitam. Ex quibus

Multifariam Prædeſtinatio ſumitur.

uelim aduertatur non impropriè ut ex ſuppoſitione, ſed ſimpliciter, inmediatè ſacram ſcripturam dixiſſe Prædeſtinationem, modo electionem, conſilium, placitum, propoſitum, pręparationem, modo ſcientiam, pręſcientiam, prædeſtinationem, pręuidentiam, pręuenientiam, prętordinatione, modo utrumque ſimul. Videto prę cęteris D. Aug. in lib. de fid. ad Petrum Diaconum. De Prædeſt. Sanctor. cap. 10. De Bono perſeuerantiæ cap. 14. & 18. In pſal. 32. Contra Pelagium ſępe, & alibi: his enim locis citatis vario illo modo Prędeſtinationem modo ad voluntatem, modo ad intellectum, modo ad vtrumque ſimul referendo

appellauit,

appellauit; præsertim vero in de bono perseuerantię cap. 14. sic inquiens. Prædestinatio sanctorum nihil aliud est, quàm „ Præscientia, seu pręparatio beneficiorum, quibus certissimè „ saluantur quot quot saluantur.

Tertia Conclusio. Prædestinatio tamen quatenus tali voce Prædestinationis prolata, & significata formaliter sumitur iuxta nostrum concipiendi modum intellectus actum, supposita voluntate, tantummodo significat. Atque ita quidem se habere Prædestinationem diuinam contra Mag. & Sco. hac vna ratione ex ipsa Prædestinationis voce comprobatur. Prædestinare namque vt refert significatũ vocis, quid est aliud, nisi ipsum præfinire, deputare, designare, & præordinare? fateor quidẽ, vt electionis nomine nominatur ad voluntatis actum formaliter attinere, nihilominus quia vsu receptum est, & ita traditur cõmuniter, vt destinatio electorũ Prædestinatio vocetur, quoniam prædestinationis nomen formaliter præordinationem significat ad intellectum attinentem, ab actu verò voluntatis saltem formaliter seiunctã, oportet Prædestinationis nomine (cum sit opus intellectus, vt sic) eiusdem intellectus actum formaliter denotari. Hæc de Prædestinationis natura in præsẽtia referre volui; vt palã esset omnibus, quàm facile ex ipsismet scripturæ locis, & Doctoribus sacris diligenter perspectis argumentorum omniũ solutio eruatur, quæ fieri solent in hac materia pro vtraque Sco. & D. Tho. Sententia.

3. Cõclu. Prædestinatio est actus solius intellectus.

Probatur.

De Modo, quo Sacramenta Nouæ legis Gratiam efficiunt.

Controuersia VII. Theologica.

NIhil Dubium est, quin sacramenta nouæ legis Patres nostri supernaturalem gratiam prębere intellexerint; at non constat apud omnes de causalitatis modo eiusdem gratię. Ego vero pergam, & id faciam, quod in principio cum in omnibus Disputationib. tũ in hac magis oportere censeo; vt quid illud sit, de quo disputatio fit, explanetur, ne vagari, vel errare possit quispiam in re tam multiplici opinione relata, & hinc inde va-

rijs obiectionibus diſtracta. Illud ergo præ cæteris perquiritur, an cauſalitate phiſica nouæ legis Sacramenta gratiã efficere intelligi debeant Concilia, dum cauſare gratiam aſſeuerant. Cuius diſputationis cauſa, quoniam in diuerſa ſapientum Theologorum ſuper hac re diſtrahuntur ſententię, quanquam vno verbo poſſet expediri, ſingulorum, præſertim illuſtrium veteris, & nouæ ſcholæ, ſentẽtias adaperiam.

Opinio Dur.

Durandus in primis lib. 4. ſent. diſt. 1. quæſt. 4. eam ferè ſententiã inſequutus, quæ docet Sacramenta nouæ legis ſigna tantùm eſſe gratiæ, ait eiſdem nihil ineſſe prorſus effectiuũ gratiæ, præter hoc, quod cum cauſæ, ſine quibus non, & veluti conditiones gratiæ ſint, præbent conſequenter conditiones quaſdam animæ ad gratiam conſequendam; propriè vero, & per ſe, cum nihil effectiue concurrendo præſtent homini, cauſę gratiæ diiudicari non debent. Cuius Viri ſentẽtia vt falſo innixa fundamẽto euerſa eſt ab omnibus, longeque propulſa. Sacramenta enim legis gratiæ nõ per accidẽs, & impropriè tanquam conditiones, ſed per ſe, ſeu abſolutè gratiam conferre, & cauſare nedum Petri, & Pauli coapoſtolorum auctoritates ſępe ſępius approbare videntur, ſed reliquorum etiam Patrum teſtimonia, Concilia, & rationes demonſtratiuæ manifeſtant; & Chriſtus in Euang. Ioa. 3. inquit, niſi quis renatus fuerit ex aqua, & ſpirituſancto, en cauſalitas abſoluta, non poteſt adipiſci regnum Dei. Reſpondebit forte Dur. Ex aqua, vt ex conditione quadam, ex ſpirituſancto vero, tanquam ex cauſa efficiente, intus in animã gratiam adipiſci; ſed Cõtra, quoniã nimis ęquiuoca loquutio eſſet illa Saluatoris. Pręterea D. Aug. in de Regulis ſacrę ſcripturæ huiuſmodi gloſemã euertere videtur, inquiens, Quandocunque commodè continget ſcripturę ſacrę verba, & Cõcilia, prout iacent ita interpretari, nõ eſſe metaphoris, & improprijs loquutionibus vtendum. Quis autem huic reuelauit cauſalitatis nomine abſolute ſignificatæ à Chriſto conditionem per accidens cauſalitatis, vel impropriam cauſalitatem intelligendam eſſe? Sed & ipſi naturales Philoſophi norunt propoſitionem abſolutè prolatam per ſe, non per accidens, & impropriè recipiendam eſſe, & iure quidem illud, quoniam agens per accidens, & veluti conditiones parans

Reiicitur.

Sacramẽta nouæ leg. gratiã per ſe cauſant.

Dur. confugium.

Refellet.

Ratio naturalis.

abuſiuè

abusiuè causam appellari. Alioquin cum homo generãs hominem cõditionem præbeat, sine qua non inesset rationalis anima corpori humano, hac ratione causa dici posset eiusdẽ animæ, quod horruère semper Theologi Doctores. Opinio Alex. Alẽs.& fuit olim D. Tho.

Alexander Alens. in quarta parte quæst.8.mem.3. art. 1. & quæst. 19.mem.2.vix recedens a prædictis, ait non immediate gratiam causari à sacramentis, sed vltimam solùm gratiæ dispositionem; hæc autem est character, & insuper ornatus quidam ad parandam gratiæ sedem. sic enim homo generãs dispositiones animæ parat, Deus verò animam infundit. Ita olim cum Alense D.Tho. in 4. & alij plerique putarunt. Verum hanc opinionem, vt idem S.Tho. postmodum retractauit, ita nos, tãquam penitus falsam, omnino reprobamus triplici de causa. vna, quia tam homo causa esset animæ, quam sacramenta, gratiæ si ratione dispositionum tantum causas dicere oporteret. altera, quia cum character sine gratia, & imprimi, & permanere possit in anima, frustra tanquam gratiæ præparatiuus assumitur. Hinc d. Tho. 3.par.quæst.63. art.4. valde remote characterem docuit, esse dispositionem gratiæ. Postremo, quid ornatus ille sit, quamue dispositionẽ in anima producat, vt corporalia sacramenta spiritualiter, & supra modum naturæ gratiam efficere possint, Alensis nõ declarat: pergamus igitur quid alij dixerint inquirendo. Reprobat primò. Secundò. Tertiò. Opin. Guliel.

Gulielmi cuiusdam Parisiensis extat opinio in suo lib. de Sacramentis, qui aliam viam ingressus, sacramenta ait signa gratiæ impetratoria dijudicanda esse; ita enim sacramentorum formulas interpretari opotere docuit; Ego te baptizo. idest baptizet te Deus: ille inquam qui ea bonitate, quam immisit in Baptismo, moueri voluit ad gratiam conferendã tibi baptizando. At, parcat Gulielmus eruditus, Concilia, Patres, & scripturæ præter impetrare, gratiam cõferre, cõtinere, causare insuper loquuntur, & ostendunt; immo impetrationes illæ extorsiones potius, & peruersiones sacrarum litterarum videntur, quàm scholasticæ interpretationes. Confutatur.

Scotus igitur in 4.sent. ait, non causant gratiam in anima ortodoxea sacra, sed dispositiones solũmodo ad gratiam cõsequendam; ipse vero Deus assistens sacramentis ex lege videlicet, & ordinatione propria (ad creandum enim creaturæ Opi. Sco.

non ſuppetunt vires)gratiam infundit. Itaque non ſunt verè cauſa gratiæ ſacramenta,eo quia eandem efficiant, ſed quemadmodum gloriæ meritum eſt cauſa non efficiendo,ita ſacramenta gratiæ dicuntur. At ſi ita tradunt Concilia ſacramenta cauſare gratiam,proculdubio non gratiæ,ſed diſpoſitionis gratuitæ cauſatiua tātū dicuntur.Etenim quemadmodū diſpoſitio ad gratiā non eſt gratia,ſed tantum diſpoſitio, ita cauſatiuum tantū diſpoſitionis gratiæ,non eſt niſi diſpoſitionis gratuitæ cauſa;attamen,tam Concilia,quàm Patres vocant Sacramenta cauſas gratię.Et illud inſuper veriſſimū eſt,quod Card.Caiet.addit,Secundum hanc ſententiam, & omnem cauſalitatem Sacramentorum eripi, & à veteri Circuncifione nouæ legis ſacramenta non ſecerni; non enim plus tribuit Scotus noſtris ſacramētis, quā Scolaſtici omnes Circuncifioni conceſſerint.

Reprobatur 10.

Victoria, & cum ipſo alij plures, ex ipſa ſacramentorum innata bonitate veluti ex quibuſdam vaſis Deo Sacris Christique ſanguine plenis moueri Deū tradunt ad producendā gratiam in nobis. Quæ opinio quatenus docet Sacramenta noua non effectiua,ſed motiua tātum eſſe gratiæ per Deum equidem in ſpecie blanda eſt, at re ipſa periculoſa, ac propterea refellenda;neque enim tantum motiua Dei ſunt, ſed etiam cauſant & conferunt gratiam,abſolutè loquendo.

Opinio Victo. nō placet.

Melchior Canus in Relectione de Sacramentis in communi,& Ledeſma pariter dixere Sacramenta nouæ legis vere cauſas gratiæ;at duplex cauſa eſt,altera quidem Phiſica,altera vero Moralis.Phiſica cum per virtutem ſuam influat in effectum, eundemque immediatè attingat,vt homo hominem generans non conuenit Sacramentis. Moralis quidem conuenit,quę non influit,neque immediatè attingit,ſed iuſſione, & imperio alterius effectum quodā modo producit; quemadmodum dicimus etiam ipſo cōſilio, & ſuaſione alicuius hominem verè,& propriè occidi,cum tamen conſiliū illud,& ſuaſio immediatè, & influendo occiſionem non efficiat.Cui ſententię, quæ aliorum etiam Scolaſticorum veterum,& multorum grauium Doctorum cōmunis eſt, quo ad eam partem ſubſcribimus libēter, in qua videlicet ait nouę legis ſacramenta gratiam moraliter cauſare. Etenim nullum

Op.Can.

Cā phiſica & moralis quæ.

Partim approbatur.

lum habet hæresis periculum erroris, vel temeritatis, neque Concilia causalitatem istam impugnant; immo Sancti Patres contra Hæreticos asserentes sacramenta inania, nulliusque causalitatis, hoc expresse docuerunt de nostris Sacramentis, asserendo esse solutiones quasdam pręcij redemptionis nostræ, & veluti crumenam, in qua continetur præcium liberationis humanæ. Ita præ cæteris D. Aug. sensit in lib. cōtra Articulos falsò sibi impositos. Repudiatur vero hæc opinio, quo ad aliam partem, in qua omnem phisicam causalitatem à sacramentis eripit, de qua infra dicetur. Partim repudiat.

Henricus de Gandauo quol. 4. ad modū quo anima viget in corpore Deum docuit intra sacramēta versari, quo cum gratiam in anima infundente, & ipsa sacramēta ratione qua intus habent Deum infundere dicuntur. Quod ego falsum duplici de causa censeo; altera quidem est, quia cum vbique Deus realiter existat, quemadmodum realiter in sacramentis adest, non tamen creditur vbique gratiam causare, quemadmodum in sacramētis; altera vero quam obiecit Scotus eidem, quemadmodum corpus humanum intellectionis cā non rectè iudicatur, etsi rationalē animā intra se contineat, ita sacramenta non ideo necessariò gratiæ causæ censentur, qa in eis, veluti in corpore anima, Deus insit gratiā efficiens. Op. Gandau. Reiicit duplici de causa.

Dominicus Soto in 4. sent. dist. 1. quæst. 3. art. 4. paulo altius sensit nam Sacramenta, inquit, licet gratiæ productionem non attingant, hominem tamen gratum dubio procul efficiunt, & insuper ad gratiæ vnionem cum subiecto proprio concurrunt. Verum huiusmodi Opinio, qua ratione ait sacramenta nō causare gratiam, vel productionem eiusdem non attingere, sed solam vnionem, amplectenda non est. Nā primò causa, quæ non attingit productorem formæ, non verè dicitur illius formæ productæ causa; at sacramenta per te nō attingūt productionē gratię, ergo nō sunt verę cāæ illius. Conclusio hæc, & Patribus, & Concilijs, & scripturę, oīa asserēti cōferre & causare absolutè aduersat, ergo & altera pmissarum; non quidem maior recepta omnium consensu, ergo minor, qua dicebatur gratiæ causationem vel productionē non fieri à secramentis. Addo quod Concilia nō hominem gratum, sed gratiā qualitatem à sacramentis causari suis ver- Opi. Sot. non penitus aprobatur. Primò, causa nō attingens productionē effectus nō est verè causa. Secundò.

Tertiò. bis ostendunt. Vnde Concilium Trident. ait, quod gratia infunditur, confertur, & causatur. Præterea D. Tho. non adeo laborasset in quæst. 62. tertiæ partis, ostendendo quomodo sensibile sacramentum spiritualem gratiam producat, si non gratiam, sed hominem gratum per eadem tantum fieri putasset. Deinde intelligibile & in explicabile videtur quod Scotus Doctissimus hac in parte comminiscitur. Nam quomodo sacramenta causant hominem gratum non causando gratiam, iam hominem de se nō causant, neque gratiam de se, quoniam nō producunt; dicis vnionem causant gratiæ in homine. Contra, si gratia quoddam per se stans intelligi posset, puta à Deo creatum, quod postea sacramenta animæ applicarent non causando sed vniendo, intelligi optime potest; quemadmodum si quispiam Cignum denigraret applicando illi atramentum, hoc enim non faceret nigredinem, Cignum tamen nigrum redderet. at cum accidentis esse sit inesse, quomodo gratia quæ est sacramentum, vnionē efficit in subiecto, non efficiendo illā? quod si fit (non credo) vbi manet ante vnionem accidens illud diuinum? nullibi securè dicat, quia nullibi reperitur, ac propterea non potest eo pacto per sacramēta vniri. Ad hæc, si vnionem istam efficiunt, vel mediante aliqua supernaturali dispositione ab ipsis producta, vel non; si primum, ergò res sensibilis, quæ est sacramentum, rem spiritualem diuinam efficere potest, quod vitabas; si nullam dispositionem agit, quomodo igitur grati hominis per vnionē gratiæ causa erit, si nihil operat dispositiuè ad vnionē istam? Dicet forte virtute diuina cōmunicari sibi, vt immediate gratiam illā à Deo productam cum anima coniungat; at non est magis admirabile creaturam sensibilem gratiam efficere, quā creaturā sensibilem rē immaterialem immateriali subiecto coniungere? Addo demum, quod alijs pariter obiectum fuit, illud maximum absurdum sequi ex opinione Soti, hominem scilicet, quòd causa sit vnionis animæ cum corpore humano, esse causatiuum rationalis animæ.

Quartò. Refertur Soti.

Obiectio

Quinto.

Postremo.

Opin. S. Thom.

Præclaram igitur omnium Sententiā amplectitur S. Tho. itemque Richardus de media vil. Petrus Soto, Vega, Cathechismus, & reliqui fermè Scolastici Doctores. Etenim

aiunt

aiunt, nouæ legis sacramenta in genere etiam phisicæ causæ instrumentaliter producendo, & attingendo gratiam causare. Hanc igitur sententiam nos, vt longe probabiliorem cũctis, & Doctrinæ Patrum, nec non Conciliorum magis consentaneam insequemur.

Vt autem, quo pacto ea vera sit, Cõclusione aperiam, animaduertendum prius est, cum causalitas dupliciter contingat, vt superius cõmõstrauimus; naturaliter, & moraliter dictum est, naturalis vero vel phisica non ea tantum dijudicari debet, quæ cum motu vel transmutatione effectiue influendo immediate producit, vt agentia faciunt purè naturalia, materia scilicet & forma, ac efficiens naturale, sed etiam ea phisicè operantur, quæ; licet non transmutatione, effectiuè tamen influunt, & immediate agunt, non secus ac in ligno igne calor calorem immediatè producit; quo posito, quod ad præsens attinet negocium. Notandũ de causalitate phisica.

Sit Conclusio; Valde probabiliter sacramenta nouę legis præter causalitatem Moralem gratiam instrumẽtaliter phisicè, ideſt immediate attingendo, & producendo causant, & efficiunt. Hęc Cõclusio facile probatur, hac consideratione præmissa. Sacramenta eo modo sunt causæ gratiæ, quo Christus est & sacer cruor eius; cum enim per hæc sanguis Christi nobis applicetur, eo modo quo ipse nos sanctificat, & sacramenta pariter sanctificãt. at Christus, & sacer cruor eius non solum per modum meriti, satisfactionis instrumẽtaliter moraliter, sed etiam efficienter phisicè attingendo, & producendo gratiam nos sanctificat, vt paulo infra fusius dicetur; ergo eodem modo sacramenta nos sanctificare debent. Nõ enim quia à virtute creata ministri moueantur, gratiam solũ modo causant, sed etiam quia supernaturale agens, cui cum Ministro efficientia propria concurrere placet, vim instrumentariam ad producendam qualitatem illam eisdem communicat sacramentis. Ita namque calor qualitas de se ignem producere nequit, una tamen cum igne ignem efficit. Repugnat, inquit Scotus, vis creandi communicari creaturæ; & est fortasse hæc Anchora sacra Aduersariorum negantium sacramenta gratiam productiuè nobis cõferre posse. Dicẽdum autem ad hoc, quod quãdo res aliqua subsistens creari

Conclu.

Probatur & explicatur.

Obiecti Sco.

Tollitur.

debet, cum nullũ creationi huic ſupponatur ſubiectum,vel paſſum, circa quod inſtrumentũ ſuo modo creans operetur; ſoli Deo eſt attribuenda huiuſmodi creatio; at quãdo gratiã in anima creant Sacramenta,reperitur anima tanquã ſubiectum,& paſſum, circa quod inſtrumentum per virtutẽ principalis agentis motum agit,& operatur. Addo quod falſum

Gratia educit de potentia obedientiali Animæ.

eſt gratiã in anima creari vel concreari vt infra demonſtrabitur.Etenim potius educitur de potẽtia obedientiali animę, cum in ipſomet fieri,& eſſe ipſius gratiæ ſemper à ſubiecto animę ſubſtentetur, non alia ratione quàm accidens, quod nunquam eſt,nec fit, niſi in ſubiecto. Conſtat autem quãdo in ipſo fieri formæ,vel,quod idem eſt, quando fit forma à ſu

Noua. Sco.ratio.

biecto ſubſtentata ex eiuſdem ſubiecti potentia propriè magis educi quàm creari. Fortè occurret Scotus, aſſerẽdo hoc ſaltem verum eſſe,quod cum Gratia tota fit in anima, nihil ſui præexiſtit prius in ſubiecto naturaliter, nec ſupernaturaliter;hoc autem virtus inſtrumenti creati,et iam ſupernatura

Euertit.

lis, cum eidem inexiſtente debeat modo ſibi conuenienti, efficere non poteſt. Dixi, quod nulla repugnantia eſt,cum habeat ſubiectum iam in actu, nempe animam, in qua inſtrumẽtaliter phiſicè, & immediate influendo gratiam produ-

De formis naturalib.

cit. quod autem nihil ante gratiæ præeſſet in ſubiecto, hoc nihil refert. Nam ita dicimus etiam de formis naturalibus, quarum nihil in materia præexiſtit,tamen naturaliter producuntur, non creantur, quia nempe fiunt concurrente, & cooperante ſubiecto, ex cuius potentia educuntur. niſi tamen ea ſequi velimus, opinionem quæ tenet in materia inchoationes formarum, ideſt,eſſentiam ſine exiſtentia eſſe, quæ ab omnibus reprobatur, & philoſophis, & Theologis. At ne Concluſio iſta veluti figmentum videatur, vel ab auctoritate Patrum, & Conciliorum quippiam puteтur alienum; ponam hic exempla & auctoritates quibus intelligatur id firmitatem habere quod probamus. Quanquam ad id credendum ſatis eſſe poſſet auctoritas D. Tho.& Vegæ, quorum ille in tertia parte, hic vero in Concilio Trident.luculentiſſime confirmant.

Loca Cõcilij Tri-

Sit igitur primus locus, & exemplum eius rei, in ſeſſ. 7. Concilij Triden. can. 2. 4. 7. & 8. ſcriptum eſt ſacramen-

ta gratiam sanctificantem, continere, conferre, & causare, vbi etiam, præsertim in Præfatione sess. 5. & 7. can. 6. 7. & 8. anathematizantur hanc veritatem negantes. atqui causas etiam ea esse idem Concil. confirmat sess. 6. can. 7. inquiens Deum esse causam efficientem, Christum meritoriam, Sacramentum vero Baptismi instrumentalem; quo patet ad efficientem causam phisicam, modo prædicto, instrumentaliter pertinere, quia si moraliter id esset accipiendum non diceret instrumentaliter, sed moraliter, eo modo quo pecunia causa moralis dicitur solutionis captiui non autem vere instrumentalis. Instrumentum namque est ens reale, realiter, hoc est, phisice agens; at causa moralis præcisè non est ens reale, sed rationis potius; vnde non nisi moraliter, quod est impropriè dictum, operatur; quemadmodum pecunia liberans captiuum, etsi causa dicatur liberationis, non tamen verè, & propriè ipsa liberat, quemadmodum faceret instrumentum manus, sed dicitur liberare, quatenus suo modo mouet agens phisicum, vt ipsum vere vincula dissoluat, & liberet captiuum. Dices; Christus igitur, quod vocetur causa moralis, non erit vere causa gratiæ, postquam causa moralis non verè causat. Respondeo; Christus dicitur causa moralis, vt contra distinguatur à Deo, qui est solum causa efficiens propriè, ipse verò & est moralis causa propriè causans eo modo quo causa moralis causare potest, & est etiam phisica, quia nedum mouetur Deus à Christi merito ad conferendam phisicè gratiam, sed etiam ipsemet Christus phisice, idest immediate illam confert. Sacramenta verò cum sint vtriusque Dei, & Christi instrumenta, quomodo, si agentia principalia phisicè operantur, instrumenta pariter in tantum agentia, in quantum mouentur à principali agente, phisice non causabunt? Posset etiam hoc loco afferri, quod scriptum est in Concilio Florent. de Vnione Armen. vbi dicitur ortodoxea nostra sacra à sacramentis veteris legis plurimum differre, in modo dandi gratiam, quã continent, inquit, & dignè suscipientibus cõferunt. Ergo liquet ex his exemplis veritas conclusionis. Sed plenum etiam huius rei testimonium loca Patrum plurima reddiderunt Hieronymi, Augustini, Ambrosij, Ioan. Chrisost. Gregorij

Deus, Christus, & Sacramẽta causant gratiam.

Instrumẽtũ morale, & phisicum.

Tollitur dubitatio.

Sacramẽta, & Dei, & Christi instrumẽta.

Cõc. Flor. Inter veteris & nouæ leg. Sacramenta Discrimẽ.

gorij Nazian. Cirilli, Clementis Alexan. Clementis Rom Melchiadis; & inſuper loca ſcripturarum cauſalitatem huiuſmodi inſinuare videntur. Nos vero huic ſententiæ libenter ſubſcribendum eſſe duximus, quia maior vis, & efficacia, ac demum maxima dignitas tribuitur Sacramentis.

An Chriſtus moraliter, & phiſicè nobis gratiā cōtulerit, & quomodo.

Sed relinquitur ſcrupulus, diximus enim Dominū Chriſtum ne dum moraliter, ſed etiam phiſice nobis gratiam contuliſſe, quotidieque conferre, quod tamen non probauimus. Nihil tamen negotij erit hunc eximere ſcrupulum modica adhibita conſideratione. Conſideratio autem ea eſt; Chriſtus nedum veluti Deus, ſed etiam humanitate ſua naturaliter, & phiſicè extat cauſa, noſtræque ſalutis principium; nimirum, Matt. 19. legitur, vt ſciatis quia filius hominis habet poteſtatem in terra dimittendi peccata, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam; quod autem humanitate Chriſti factum illud fuerit, patet Matt. vltimo his verbis. Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra. vnde; vis mundari? ait, volo mundare, en cauſa efficiens phiſica. Inſuper, dic verbo, & ſanabitur puer meus, inquit Centurio, quaſi dicat promatur Domine verbum tuum quo efficienter valetudini reddatur puer meus. Ad Lazarum pariter nouimus vocem, veni foras, vbi virtus efficiens immediateque operans euidenter cernitur. Et vero, ſicuti prima noſtri germinis radix Adam veinobediendo peccatum phiſicè intulit in vniuerſam poſteritatem ſuam per generationem, cur non decuit Chriſtum nouum Adam ab illa nos morte ſpirituali non minus vere & phiſicè liberare? ita enim D. Pau. ad Epheſ. 5. his verbis commōſtrauit nobis. ſicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes viuificabuntur. Propterea D. Thom. quem plurimi ſemper fecit ſchola Theologorū 3. par. quęſt. 48. & 49. docuit apertè Chriſtum, nedum meritoriè, ſed etiam phiſicè nobis gratiam contuliſſe; imò in quæſt. 46. art. 1. ad tertiū. Reſurrectionem ait eiuſdem Domini noſtri efficientem cauſam extitiſſe reſurrectionis noſtræ. Dicam inſuper quæſt. 78. art. 9. locum eſſe, vbi aſſerit in Sacramento dominici corporis virtutem quandam in eſſe creatam, ad tranſubſtantiandum, velut in cæte-

Matt. 19.

Matt. vlt.

Pulchra ratio de Adamo.

Paul. ad Ephe. 5.

Reſurrectio dominica.

vis ad trāſubſtātiādum ineſt Sacramēto altaris.

cæteris Sacramentis. Quemadmodũ igitur actiones Christi, etiam phiſicè, cauſæ dicuntur eſſe noſtræ ſalutis, & influxus gratiæ, ita decet ſacramenta ab eodem inſtituta, & eſt maior proportio Christi ad ipſa, etiam phiſicè inſtrumẽtaliter hoc præbere nobis. Ita enim verba abluere, remittere peccata, retinere, abſoluere, baptizare, & c. huiuſmodi nedum inſtrumentaliter moraliter, ſed etiam phiſicè, & naturaliter, id eſt efficienter immediatè cõferre gratiam ſignificant. Id quod demũ confirmatur, quia quemadmodum in concurſu moralis redemptionis captiui nunquam vinctus ſolueretur, niſi aliquis eſſet vincula dirumpens efficienter, & immediatè; ita cum gratia qualitas quędam ſit de nouo producta, nedũ moraliter, ſed etiam phiſicè in anima, oportet vt ab aliquo efficienter, nedum moraliter, ſed etiam phiſice producatur: id autem ſacramentis inſtrumentaliter attribuitur vt verba Patrum, & Concilium ſonare vidẽtur. Addo tandem inſtrumenta vocari ſacramenta: nam inſtrumenti natura eſt, cum ſit ens reale, & proprie, & immediatè agere, quemadmodum agit principale efficiens: ſuo tamẽ modo: quatenus videlicet motum eſt per virtutem ſibi à ſuperiori agẽte. Sed inquies, virtus illa diuina, vel motus, qui à Deo ponitur in ſacramentis, aut materialis eſt, aut ſpiritualis: ſi materialis, quomodo rem ſpiritualẽ, nempe gratiam efficere, vel cauſare poteſt? ſi ſpiritualis, quomodo recipitur in re ſenſibili, vt eſt ſacramẽtum, res ſpiritualis, quę eſt virtus illa? Ad hoc ex Capreoli ſententia paratum eſt, & in promptu reſponſum: dicimus enim qualitatem hanc ſpiritualem, quæ tandiu perdurat, quandiu manet ſacramentum, virtute diuina, quemadmodum etiam anima rationalis quæ eſt ſpiritus in materiali corpore in ſacramentis ſine ulla implicantia conſiſtere poſſe. At ſi rurſus dicas Animã, qđ ſubſtantia ſit informans, vna cum materiali corpore vnum poſſe conſtituere, an nõ virtutem illam, cum qualitas quędam exiſtat, cui proportionari debet ſubiectum, cui inexiſtit? Reſpõdetur, ſi ſpiritus, ſit quantũuis ſubſtantia vna cum corpore, poteſt unũ per ſe efficere, quod eſt maius vnionis genus, quale corpus cum qualitate ſpirituali diuina virtute vnum non per ſe efficere poterit, quod eſt minus vnionis genus. Non proportionantur inquies tãdẽ ſubiectũ,

Poſtremò confirmatur.

Soluitur maxima dubietas. Motus in ſacramentis an materialis ſit.

Alia rurſus tollit.

& forma, virtus illa,& ſacramentum; Contra neque proportionari videntur (& tamē falſum eſt) anima rationalis,& corpus materiale,præſertim vero ad efficiendum vnum per ſe. Vbi,quæſo,obſeruato lector, difficultatem huius negotij nō in eo conſtitutam eſſe,quod eſt per ſe, vel per accidens,ſed quia, vt ſpirituale corporeo ſubiecto iungatur,mente non videmus; nihilominus cum hoc de animæ,& corporis vnione fateamur, nec vlla adſit implicatio contradictionis,fateamur & iſtud quod de ſacramentis,& motu diuino eiſdem in exiſtenti tradidimus, quoniam minus difficultatis habet. Atque hæc quidem ſint à nobis de cauſalitate ſacramentorū nouæ legis; ſi nō vt tantæ rei dignitas, & difficultas poſtulat, certe,vt fert noſtræ facultatis tenuitas, explicata.

Tota huius diſputationis difficultas vbi manet.

Nunquid bonitas, vel malitia actus moralis ab Obiecto ſit petenda.

Controuerſia I. Moralis.

QVantum in hac Diſputatione ſit difficultatis,declarant oppoſitæ, vt dici, & credi ſolet,Scoti,& D.Tho Sentētiæ. Diuus enim Thomas in Prima Secundæ quæſt. 18 art. ſecundo,& alibi docet obiectum quidem naturaliter de ſe moralem bonitatem, vel malitiam non habere,niſi quatenus ad rectam rationem ordinatur, ab eodem tamen veluti à forma bonitatem,vel malitiam deſumendam eſſe in genere moris hac ratione probat. Ad plenitudinem eſſendi illud primum ſpectare videtur, à quo vnumquodque, veluti à forma ſua, ſpecificatur.Hinc enim factū eſt, vt à forma entia naturalia ſpecificationem accipiāt,quia ab ea ſumunt plenitudinem; atqui actio ex obiecto, veluti motus ex termino, ſpecificat, ab eo ſiquidem veluti à forma plenitudinē accipit, ergo ab eodem malitiam,vel bonitatem ſumit.

Opinio. S. Tho. & eius fundamentum.

Scotus autem contra in ſecundo lib.ſent.& quolib.18.moralis actus bonitatem, & malitiam voluit à voluntate eſſe petendam.

Op. Sco. & eius firmamēta.

petendam. concedit quidem ex obiecto probitatem quandam generuam in esse entis dependere, at quemadmodum in naturalibus censet formam quandam corporeitatis vniuersalem repertam in materia contrahi, & per particulares determinatas formas cōsequenter specificari; ita in moralibus bonitatem illam genericam in obiecto potius naturaliter quàm moraliter repertam specificari credit ex voluntate, fine, & circunstantijs. Probatur autem primum hac ratione; cum enim obiecta humanarum actionum entia quædam sint extra naturam earūdem posita, quomodo eisdem bonitatem, vel malitiam intus tribuere possunt? confirmant autem, quia cum omne obiectum innata, saltem quatenus ens, bonitate, bonum sit, & actiones pariter vniuersæ circa obiecta bonæ essent, quod magnum est erratum.

Bonitas generica moralis a ctus.

Obiecta humanarum actionum.

Confirmatio.

Præterea exterior operatio moralis est obiectū interioris; quia fornicari uelle, uel furari, operationē illā sibi pro obiecto cōstituunt, quæ est exterior fornicatio vel furtū; at exterior operatio ista non tribuit interiori bonitatem, vel malitiam, quin potius tota exterioris operis probitas, vel nequitia ex interioris prauitate nascitur; ergo ex obiecto humana actio bonitatem non habet, vel malitiam vllam. Demū, quis ignorat bonas idcirco, vel malas censeri humanas operationes nostras, quia ex arbitrio libero, & à voluntate eliciente immediatè dimanant? neminem hoc latere debet; ergo ex voluntate non ex obiecto humanarum actionum probitas & malitia pendet. Hęc sunt, quæ Scotum adduxerunt in aliam opinionem D. Tho. penitus oppositam, quam nihilominus arbitror, aut falsam esse, aut certè recta quadam correctione indigere. Quare faciendum mihi putaui, vt quod ea in re verum, aut falsum esse ducerem, liberè, ac sincere explicarē.

Opus morale exterius est interioris obiectum.

Bonitas moraliū actionum ex arbitrio petenda est.

Primum igitur opinor bonitatem, & malitiam morum desumi non debere ex voluntate sola; id quod facile dignosci poterit ex ijs paucis, quæ subijciam. Sed prius tamen accipere oportet, quod omnis actio humana, vel moralis idcirco appellatur, quia procedit ex arbitrio libero, vel voluntate nostra. Nam, quæcunque operationes ex deliberata ratione non procedunt, non magis ad moralem, quàm brutorum actiones, attinere dicuntur. Veruntamen, licet omnis

Cōclusio.

Notandū de actione humana.

nis actio humana pendeat ex voluntate noſtra, aſſerere non valemus ex voluntate penitus bonitatem actionis ortum ducere, ſed tantum ex obiecto, vel fine, & circunſtantijs. Primùm verò probatur.

Ex obiecto, fine, & circunſtantijs.

Nullus vnquam hominum (Morales etiam dixerim) iudicauit humanas actiones inde laudis, vel vituperationis dignum aliquid promereri, quod à voluntate noſtra fiant, ſed ex eo potius quod circa obiectum aliquod verſantur cum debitis vel indebitis circunſtantijs in ordine ad rationem. At enim conſequitur laus, vel opprobrium ſolas humani generis actiones, quoniam ab obiecto velut à ſuo termino bonitatis plenitudinem, vel malitiæ defectum ipſum deſumunt. Id quod præterea vel ex eo facile probatur, quod ipſi etiam oppoſitum ſuadentes in eum ſcopulum vi, & coactè nauem impingunt, quo falsò traditur nullam actionem humanam adeo malam eſſe, quin aliquid bonitatis moraliter contineat; à voluntate enim à qua libere procedit, aliquid ſaltem contrahit bonitatis, quatenus videlicet liberè fit, quod eſt bonitas voluntatis: cum tamen meridiana luce clarius eluceat in furto, vt exemplis & mendacio ex proprio genere nihil boni reperiri.

Vnde laudabiles humanæ dicantur actiones

Quod autem ab obiecto bonitas, & malitia in moralibus tam genericè quam ſpecificè metiantur, & pendeant manifeſtum eſt ex his: quod enim attinet ad primam partem, Oſeæ 9. dicitur, facti ſunt abominabiles ſicut ea quæ dilexerunt & in nouo Teſtamento Matt. 5 verbis hiſce, Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum, actiones laudantur ex obiecto. Ac præterea ratione probauimus ſupra ſummam bonitatem, vel malitiam ex ſola voluntate non eſſe, ergo ex obiecto, fine, vel circunſtantijs erit præſertim ex obiecto intrinſeco, quia primum, quod vi actione, cernitur, eſt obiectum. Accedit poſtremo D. Thomæ ratio, nempe quemadmodum in rebus naturalibus à termino ipſo denominatur motus, ita in moralibus obiecto veluti termino ponderatur primùm actionis bonitas, & malitia, conſequenter vero circunſtantijs, & fine. Quod autem ſecunda pars concluſionis contra Scotum poſtulat, facile ſuadetur; nihil enim eſt ita bonum in genere, quod in aliqua non

Oſeæ 9.

Motus ſpecificatio eſt, à termino.

Secunda pars concluſionis cõtra Sco. probatur.

claudatur

claudatur determinata specie; & saltem de nonnullis obiectis intrinsecè constat, absque vllo addito, determinatam malitiæ speciem constituere, vt furtum, & mendacium; ergo obiecta huiuscemodi actionibus tribuunt absque alio determinatam, aut bonitatis, aut malitiæ speciem. At quo pacto id veritatem habeat notato diligenter. Obiecta enim hæc exteriora, operationesque extraneæ bifariam considerari possunt, altero quidem modo vt obiecta, & operationes quædam actu exercitæ cum omnibus suis circunstantijs, vt considerando furtum hic, nunc, & ab hoc viro factum; alio modo non quatenus actiones in actu exercitæ, sed solum in se, puta furtum in se, quod est rapere alienum indifferenter, non ab hoc vel illo. quibus positis, Scotus ait hoc posteriori modo rationem esse genericam, nec propterea vllam tribuere actui bonitatem vel malitiam. Diuus vero Thomas melius probat obiectum istud etiam præcisè, vt mendaciũ proferre, furari, & cætera certam malitiam dare voluntati. Quibus demum addo, quod vitia, & virtutes specie non, nisi ab obiecto, differunt inter se. Ergo ex ijs, quæ hactenus disputauimus clarissimum est ab obiecto præsertim, & nullo modo à voluntate bonitatem, vel malitiam morum desumendam esse; ac proinde falsam esse vulgatam illam Scoti opinionem, quæ putat à voluntate solum petendam esse bonitatem, uel malitiam actus.

Obiectũ bifariam considerari potest.

Dissensio inter D. Thom. & Sco.

Nihilominus verum est, bonitatem, & malitiam humanorum actuum non in obiecto, sed in uoluntate ipsa situandam esse; probatur hęc conclusio, & explicatur simul. Quanquam enim humanæ actiones in se ipsis consideratæ naturaliter ex eo præcise quod sunt entia, bonitatem habeant, obiecta nihilominus ipsarum ad rectam rationẽ relata easdem actiones bonas efficiunt in genere moris, quemadmodum si discordant à ratione recta, malas: unde si uoluntatem contingat sumere actionem illam, quæ circa subiectũ à ratione discordans uersatur, dicitur mala; mala inquam, non in se, quia naturaliter est subiectum incapax malitiæ, uel moralis bonitatis; sed in uolũtate nostra, in qua ex obiecto causatur huiusmodi actio, non simpliciter prout ens est, sed ut tale ens ad rectam, uel dissonam rationem relatum;

In voluntate solũ bonitas & malitia reperitur.

ita

ita vt humanæ actionis bonitas, uel malitia ex obiecto ueluti ex fundamento, & cauſa prodeat, in uolūtate uero actu, & formaliter permaneat. ſed uero dubitabit aliquis, cū obiectum nullam habeat in ſe bonitatem, uel malitiam, quomodo uoluntati dabit? His facile tamen ita occurri poterit; eo modo quo obiectum bonitatem habet, uel malitiam, nempe cauſaliter, & obiectiuè propter ordinem ad rectam rationem, uel obliquam, eodem modo illam uoluntati impartitur; ſic & medicina cum in ſe ſanitatem ullam non habeat, nihilominus propter ordinem quem habet ad ſanitatem ſubiecto ſanabili confert.

Dubitationis ſolutio.

Primum autem Aduerſariorum argumētum ex his promptiſſimè refellitur. oſtendimus enim cum obiectum in genere naturæ nullam habeat bonitatem, uel malitiam, ſibi tamen cauſandi utramque in ordine ad rationem impartiri in genere moris.

Solutio argumentorum.

Ad id quoque, quod deinceps ſequitur, non eſt difficile reſpondere, nam cum operatio exterior bifariam ſumatur, primum, ut in actu exercita & ut pendet ex imperio actionis interioris cum ſuis circunſtantijs, ſecundò uero quatenus nudum obiectum dicens intrinſecam bonitatem, aut malitiam in aliqua ſpecie determinata; licet priori modo non det uoluntati bonitatem, quin potius ipſa ſit interioris effectus, in poſteriori tamen ſenſu ſit obiectum actionis interioris, & ipſius uoluntatis.

Operatio exterior dupliciter ſumitur.

Tertium uerò & poſtremum argumentum ſic refellitur. uniuerſæ hominum actiones morales, humanæque dicuntur, & inſuper liberæ ratione tantum uoluntatis: bonæ uero, uel malæ tum ratione uoluntatis tum ratione obiecti, ex uoluntate enim in ordine ad obiectum, & ex obiecto in ordine ad rationem diuerſa tamen ratione, ut ſuperius in concluſionibus ſatis, ſatiſq; proinde de hac quæſtione diximus. Ad ſequentem deinceps tranſeamus.

Cur humanæ moralesq; dicantur hominis actiones.

An

An humana Voluntas, erranti Conscientiæ inculpabiliter se conformans, sit bona.

Controuersia II. Moralis.

REuera vt simpliciter motum mentis meæ fatear, considerans propositam controuersiam, arbitror Voluntatem, quæ inculpabiliter à recta ratione discordat, errantem in sequendo conscientiam bonam esse, vel saltem non malam dijudicandam esse. At rē ipsam paulo altius agrediamur exēpla proponendo. Iacob in sacra Genesi legitur cum Lia muliere, quam inculpabiliter vxorem suam putabat, accedendo cōcubuisse. Vtrū actus ille concubitus voliti & electi nō malus tantum fuerit, an insuper bonus? Nam D. Tho. in 1.2. quæst. 19. art 6. docet non quidem malas, at nec bonas putandas esse huiusmodi actiones. Gen. cap. xxix. perpenditur locus. D. Tho.

Henricus vero in quolib. Dur. in 2. sen. dist. 39. quæst. 5. Gab. ibid. Almainus in Moralibus trac. 1. cap. 13. in opposita sententia versantes palam profitentur bonam esse huiusmodi voluntatem, & apud Deum meritoriam. Ita vt in tam multiplici varietate Doctorum non sit planum omnibus quid pro veritate sentiēdum sit. At illud nos non lateat prius, cū magna sit inter grauissimos Theologos hac de re controuersia, tria esse, in quibus, vel omnes, vel plerique saltem vnanimes conuenere; præsertim, conscientiam erroneam omnes obligare ad sui prosequutionem; tum erroneam conscientiā ex culpabili ignorantia proficiscens, nūquā excusare. Demū, si cōtingat inculpabili inuincibilique ignorantia erroneam conscientiam duci, & hominem insequendo ipsam operari, erratum excusabile censeri. Henric. Dur. Gabr. Almai. Tria obseruāda. Primum. Secundū. Tertium.

Quibus positis, tanquam notis, & manifestis omnibus ad rem accedendo dicimus, quod voluntas inculpabiliter se cō formans conscientiæ erranti nedum nō mala, sed insuper bona est censenda. Quę Cōclusio fortasse D. Tho. aduersa, Henrico certè cōtradicit, ac propterea primùm probatur. Actus Conclusio. voluntas inculpabilis quādo erranti conscientiæ

se confor mat non sẽper ma- li. enim ipse, quo voluntas errantem cõscientiã insequit, indiuiduus est, & singularis, quemadmodum de Iacob, & Lia diximus nõ est insuper malus, vt saltem D.Tho. fatetur, & omnes credere deberẽt, ergo bonus censeatur, oportet. indiuiduus enim actus & non malus indifferens esse nequit. Amplius, quando contingit alicuius voluntatem à propria errãte conscientia discordare, ac propterea delictum aliquod cõmittere, id ex contemptu Dei solum perpetratur peccatum.

Probatur 1. act° moralis non potest esse indiuiduus.

2. Quando igitur secus eueniet, vt in ipsa voluntate discordãte à conscientia erronea nullum repperiatur delictum, sane tunc inuenietur meritum, ac præmium propter reuerentiã erga Deum exhibitam; leuare enim, vt exemplum afferam, paleam de terra volo vt mea cõscientia erronea dictat, quia ita faciendo me obsequium præstare Deo existimo; Dices tu quoniam volitio illa à conscientia discordans est ignorantia formaliter, meritum vllum, aut bonitatem nequit habere. Sed contra quoniam ipsi iam supponimus ignorantiam istam excusare me ab omni peccato. Quo igitur excusat, eo bona censeri debet; excusatio enim prouenit ex merito, & bonitate illa, quam habet. Ad hæc utor fundamento D.Tho. hoc pacto; obiectum quod voluntas insequi debet, vt sit bona vel mala, ex ratione proponente procul dubio dependet; Atqui in tali casu ratio tãquam bonum id Voluntati proponit; cur ergo voluntas insequendo erit mala censenda? Dices quia ratio tunc temporis errat. Contra quoniam sine culpa errantis hominis delinquit; vnde nõ est cur amittat suam bonitatem, quam insequẽdo rationem veludi ducem natura sibi donauit. At patet veritas ista in exemplo ipsius Iacob qui inter appetẽdum Liæ maritaliter coniungi, sic ratiocinabatur. Licet mihi accedere ad vxorẽ meam; hæc est mea vxor; ergo ad hanc mihi accedere licet. Consequentiam istam practicè loquẽdo bonam esse nullus negabit, ergo & voluntas bona erit, se illo taliter cõformãs; probatur consequentia, nãm ideo malam esse consciẽtiam, inquiunt Doctores, quia conformatur falsę propositioni in cõsequentia sumptæ; at hic nulla falsa accipitur propositio, nisi fortè minor quæ dicit, hæc est mea vxor, à qua ratio inuincibiliter errans excusatur. Restat igitur, vt actus ipse vo-

Tacitæ obiectionis dilutio.

Excusatio prouenit ex merito.

3.

Gen. cap. 29.

Mala conscientia.

luntatis determinatus non conformans se conscientiæ errãti his rationibus & à malitia excusetur, & amplius bonitatẽ consequatur. Cæterum de voluntate opinatiua certum est, quod eo pacto, sicut conscientia determinata & deliberata obligat. Dubiã verò quando quis veretur an hoc modo facere teneatur, nec ne, pariter obligat; ita vt si tutiorem partem renuat quispiã mortaliter peccet. se enim manifesto periculo peccandi præbens in periculo periculum amando perit. At verò Scrupulus, contra conscientiam, fidem, & opinionem surgit; sique ueram dubitandi rationem habet, dubium uocatur, & in hoc tutior pars est sequenda; sin minus, est verè scrupulus, & est vitium, ac propterea à pia volũtate fidelium reijciendus.

Voluntas opinatiua errans obligat.

Nota de volũtate dubia.

Quid de scrupulo? Scrupulus malũ est exise.

Si exterior actus humanus bonitatem, vel malitiam interiori addat.

Controuersia III Moralis.

QVAESTIO est, & controuersia magna, an quando aliquis deliberata voluntate vult aliquid, & postea opere non complet, quia non potest, tantùm mereatur, vel demereatur, ac si opere compleuisset; exemplo rem declaro. Quærit aliquis perimere gladio hominem, omniaque idcirco media parat, & instrumenta; postea non occidit, quia forte nõ occurrit inimicus; alius vero hijsdem mediis, & diligentia adhibitis inuenit, percutit, & occidit; an hi duo viri interfectores æquale demeritum apud deum nanciscantur? Fuerunt enim viri ecclesiastici nonnulli (vt Capreo. in 2. sent. dist. 42. quæst. 1. testatus est) qui crederent affirmatiuam partem amplectendam esse. Quia opus interius, & exterius diuina lege prohibetur, distinctisque præceptis, vt non concupisces, non occides nõ alia de causa, nisi quia actus exterior bonitatem, vel malitiã super interiorem auget. alioquin si vna, eademque vtriusque bonitas, vel malitia existat, superfluum esset alterum præce-

Exemplo titulus quæstionis exponitur.

Opinio Capreo. 1. Argu.

2\. ptum. Nec dignum est (inquiunt) vt credatur eum tantum promereri, qui incenso animo subire martirium petit, & non datur ei, quantùm qui spontè, & actu perimendus
3\. nomine Iesu traditur Ad vnde hoc, nisi quia in exteriori maior virtus augetur, quam in interiori tantum? Adhibent vero huius rei exempla in eo, qui cum propria peccata confiteri uelit impedimento aliquo detentus non potest; vult alius & potest; conspicuum enim est hunc secundum propter opus exterius maiorem non aliunde quàm ex probitate eius habere gratiam.

Exemplũ in praxi.

4\. Deinde, si per impossibile exterior actus fieri posset sine interiori; nonne suam pœnam uel præmium cõsequeretur? etiam inquis; quoniam si quis occidere posset hominem absque eo quod uellet esse malum, pœnam adhuc mulctari proculdubio deberet, ergo habet suam bonitatẽ, vel malitiam exterior actus, quæ interiori addita adaugebit

Actus exterior malus, absq; interiori punibilis est.

5\. meritum uel demeritum. Adde, quod in Ecclesia exteriores actus iuncti interioribus in casu puniuntur, in quo actus interior solutus ab exteriori nequaquam puniretur. Quod si malitiam non auget ubi iure punitur? patet antecedens exẽplo irregularitatis; non qui Clericum occidere tentans non interficit nec irregularis est, nec ulla pœna mulctatur; si aũt uelit, & occidat, & irregularis efficitur, & aere punitur, quorsum quæso pœna si nullum adest delictum? nunquid non Ma-

Notandũ in praxi.

6\. lum punietur iure? absit. Adde etiam, quod omnes homines communiter loquendo exteriora opera magis detestari uidentur, quàm interiora, ea potissimum de causa, quia natura dictat aliquam exterioribus inesse malitiam, quæ nõ adest in interioribus.

7\. Ex D. Aug. de Trin. Præterea D. Aug. 13. de Trin. cap. 5. miser, inquit, aliquis efficitur mala uolũtate, sed miserior postea est, qui complet id, quod in mala uoluntate habebat; & hoc est alicuius super additæ malitiæ, & prauitatis signũ in exteriori actu.

Opinio priori opposita, & eius præcipuum fundamentũ.

Quamobrẽ nõ frustra, asserimus, inquit, exterius opus addere malitiam, uel bonitatem interiori. Verum à contraria parte illud facit, quod si exterior actus interiori bonitatem adderet, uel malitiam ullam, nihil obstare uideretur, quo minus non tota ratio merendi, uel demerendi ex uoluntatis libertate rationẽ meriti pendere agnoscimus ab exteriori au-

geri

geri quis credet?

In cõformanda, atq; tuenda ueritate ea testimoniorum, & rõnum præsidia adhibeamus oportet, q̃ necessaria sunt. At in primis ea fundamenta iacienda sunt, quæ quæstionis ipsius neruos, ac vires cõtinent. Primum igit fundamentũ est, Duplex est hominis voluntas, efficax, & inefficax. Voluntas efficax est, quando re vera, & deliberatè vult homo operari; inefficax, quãdo videtur quidem velle agere, at non vult re uera. Deus opt. Max. humani scrutator cordis optimè in seipso cognoscit, quæ sit hominis efficax, quæue inefficax volũtas. at Homo nisi à posteriori, & veluti per signa quædã cõsequentia opus non præfigurare valet. propterea si alicuius voluntatem in opus prodire nunc contingat, efficacem dicit illum habere voluntatem, sin minus inefficacem. sed & illud clarum est, apud quosdam sibimet constare videri, an voluntatem efficacem habeant, quos tamen sæpe sæpius decipi contingit, vt in eo patet, qui cum non oblata occasione se voluntate efficaci velle putabat hoc, quod postea renuit oblata occasione. Vt igitur ab incertis certa secernamus, de hac voluntate solummodo efficaci dubitatur.

Primum Notabile de voluntate humana.

Titulus disputationis de volũtate efficaci quærit.

Secundum Fundamẽtum. Actus exterior occasionaliter, & per accidens multis modis, malitiam, vel bonitatem interioris auget. Primò secundum cõtinuationem actus; ut si aliquis intrinsecus aliquod peccare uelit; deinde qñ dẽt opere illud explere, accidit actũ illum rõne exterioris diuturniorẽ esse, & continuari magis, qui tamen nõ fuisset ita continuus, sed cessasset prius, nisi exterior affuisset. Secũdo ratione multiplicationis, & auctionis actus; ut si mõ alicui peccatũ aliquod ꝑ petrare uolẽti nõ suppetat illico facultas, postea alio tp̃e se se offerente facultate peccatum illud puta furtum agat, in isto homine peccatum ratione exterioris actus renouatur. Tertio secundum intentionem operantis; Pro quo ex Durando, & alijs accipiendum est quosdam actus reperiri nunquam suapte natura, ut interiores, adeo intensos, ut redduntur quando exteriori actui iunguntur, quemadmodum peccata carnis. Nunquam enim interior actus uelle fornicari de se intenditur tantum, quantum si opere expleatur. Quidam alij e conuerso, ut interiores actus, intensiores magis

Secundũ Notabile. Quot modis actum exteriorẽ cõtingat malitiam vel bonitatem interioris addere.

Secundò. Et propterea inter confitendum debere explicari in tentio.

reddun-

redduntur, ut exteriores uero remittuntur; ut si quispiam intensam habens uoluntatem flagellandi semetipsum, dum opere complet desiderium remittitur uoluntas, quemadmodum in cæteris etiam actibus pęnalibus euenire constat.

Tertium Notabile. Tertium notandum. Exterior actus uoluntatis quasdam habet peculiares conditiones, & effectus, quibus nullo modo gaudet interior. huiusmodi est primùm satisfactio pro peccatis, quæ exteriori opere completur; aliquis enim exempli gratia magnum habet desiderium ieiunandi pro peccatis & uoluntatem efficacem; alius uero medum uult, sed & actu ieiunat; hic secundus pro peccato satis facit, primus uero, quicquid sit de merito, nequaquam Cuius rei rationem tradens pulcherrime Almainus in tractatu 8. mor. ca. 18. inquit, satisfactionem illam, quæ est ex parte rei, à pęnalitate dependere. Secũdus autem effectus actus uoluntarij exterioris est. Quandoque.n. exterior actus peculiarem destinatumque effectum habet, quo caret ipse interior, ut patet in Aureolis: nam aliquis uoluntate deliberata pati mortem propter fidẽ Christi exoptat: alius uerò optat, & actu martirium subit, ac propterea Aureolam consequitur. Tertius uero effectus, est præmium quoddam accidentale, exteriora opera sequens, quod nemo, quantumcunque uoluntate efficaci desiderarit, unquam consequetur. Patet hoc in eo qui mortem quidem propter gloriã Dei appetijt, sed alius solus, qui & appetijt, & subijt, accidentale gaudium consequutus fuit. Demũ hoc habet peculiare exterior actus uoluntatis, quod generationem habitus indũcit, nequaquam uero interior. Nam hic ieiunio sæpe sæpius repetito induit habitum temperantiæ, quem nunquam consequetur sola uoluntate interiori.

Primus effectus exterioris actus voluntarij.

Secũdus effectus.

Tertius effectus.

Postremus.

Quartũ Notanile. Quartum Notandum. Quædam exteriora reperiri opera uoluntaria, quæ præter gratiam per bonam uoluntatem interiorem aquisitam ex opere operato (ut inquiũt Doctores) maiorem quendam gratiæ cumulum ueluti sacra uasa secum deferunt; de quibus certum est, qui summopere appetit, confiteri crimina, & dominicum corpus sumere minus gratiæ assequi, quam si optet, & suscipiat actu.

Quintũ notabile. Quintum Notandum. Actum aliquem voluntarium efficaciter

ficaciter bifariam perfici posse; extensiuè, & intensiuè. Hic nullus dubitat quin exteriori actu interior extensiuè compleatur; sed difficultas est, an bona, vel mala voluntate ita diuturna, & efficaci supposita, ac si esset cum exteriori actu ipso coniuncta, actus ab ea sic se habente progrediens, sitne tam perfectus intrinsecè, meritumque tale, vel demeritum nanciscatur, ac si exteriori iungeretur, qua in re duæ sunt inter se pugnantes Opiniones. Actus voluntarius efficax bifariam sumitur.

Primam Opinionem, quæ dicit exteriori actu augeri interiorem Scotus subtilis insequitur in quæstionibus quolibetalibus quolib. 18. art. 3. Prima Sententia Sco.

Secũda vero est huic opposita, & ea quidem expeditior, quam retinuit S. Tho. in prima sec. quęst. 20. art. 4. & Quęst. de Malo quæst. 2. art. 2. & 2. sen. dict. 40. quęst. vni. art. 3. Alb. mag. in 2. sen. dist. 41. art. 1. D. Bonauen. dist. 40. 2. q. vni. art. 2. Almainus in trac. 3. mor. cap. 18. & Capreo. in 2. sen. dist. 41. quæst. 2. & eadem nunc communiter cuncti sequuntur. Hæc autem asserit eadem quoad meritum, & demeritum esse rationem interioris, & exterioris actus. Sunt autem viæ duæ apertæ, quas si sequemur hanc sententiam deffendendo minime aberrabimus. Prima via à libertate voluntatis aperitur hac ratione. Tota meriti, demeritique ratio ex libera voluntate dependet; vbi enim nulla est libertas, nec vllum pariter est meritum, vel demeritum, vt in pueris, & amentibus constat, huiusmodi vero libertas interiori ipso voluntatis actu continetur; vnde & meritum, demeritumque nostrum ex interiori voluntatis actu trahitur totum. Deinde moralis actu interior, de quo adimus est tota causa exterioris actus; interior quippe. Actus est exterioris effectus voluntarij causa ergo tota meriti, demeritique causa ex interiori actu pendet. Præterea quemadmodum posita efficaci voluntate operandi, aliquid dicimus quod exterior actus consequens non est in nostra potestate, vt prodeat, vel non prodeat, nisi extrinsecè impediatur, cogente voluntate; ita planę sequitur, vt nullam addat bonitatem, vel malitiã interiori ipsi, quod item probatur ex ipsamet Aduersariorũ sententia, qua concessa sequeretur, quod culpa vir iniquus inuito homine probo, & sine ulla sui ipsius meriti illius partem Secunda S. Tho. tutior, & cõmunior. Prima via. Ratio meriti vel demeriti ex libera voluntate trahitur. Causa exterioris voluntarij effect.

tem auferre, vel totum, poſſet, eumque ſpirituali bono deſti tutum relinquere.

Nullus ſpiritualia bona deprędari poteſt. Aliquis enim, vt exemplo vtar, ſit qui voluntatẽ efficacẽ habeat in die feſto audiẽdi ſacrum, & ab iniquo quodam homine retrudetur in cubiculo, ne, ſacrum audiendo, bonum illud conſequatur. nunquid dices hunc æquale meritum cõſequutum non fuiſſe, ac ſacrum auſcultaſſet? in eo quippe diſtant maximè ſpiritualia à bonis temporalibus, quod hæc auferri poſſunt, ea vero nullus deprędabitur vnquam, iuxta Matt. vi. illud Matt. vi. Theſaurizate vobis theſauros in cælo; vbi ne- „ que ęrugo, neque tinea demolitur: & vbi fures nõ effodiũt, „ nec furantur. Quod vero in hoc exemplo fecimus, id com- „ monſtrare per multa alia poſſemus; ſed pergamus ad reliqua.

Secunda via contra Scot. Aug. lib. 1. de lib. arb. ca. 3. De pęnit. 6. 1. can. ſicut. Secunda via hic proxima. & ea quidem lata eſt; ſacrarum ſcilicet litterarum magna ex parte labefactatur auctoritas, ſi ea Opinio Scoti vera eſt. Nam, vt Aug. lib. 1. de lib. arbit. c. 3. ait, ſi quis habet voluntatem cubandi cum vxore aliena, & tamen non complet opere quia nõ poteſt, hic non minus eſt reus quàm ſi opere compleuiſſet. Referuntur verba hęc in de Pænit. diſt 1. can. ſicut. Sed non rectè accepit Gloſ. locum hunc Aug. vt ex D. Ioa. Chriſoſt. apud S. Tho. quęſt. 20. art. 4. in prima 2. patet. Sed & Vgo de Sancto Victo. lib. 2. de ſacram. parte 14. c. 6. ait. ſi tanta eſt voluntas, licet opere non compleatur, meritum diſſimile eſſe non poteſt. Ac demum eſt communis hæc ſententia, quam ſatis fuerit, duabus vijs demonſtraſſe, vt maiorem euidentiam inde accipiat.

Solutio argumenti primo. & cur quõq; tã externa quam interna prohibeãtur opera. Matt. c. 5. Quibus rebus expoſitis, non erit difficile illud argumentum, qđ eſt à principio poſitum refutare; dicimus enim quãdoque diſtinctis præceptis prohiberi tam externa quam interna opera; non quia vtrorumque ſit diſtincta probitas, vel molitia actus, ſed ne quis per ignorantiam putaret interiora opera, & deſideria ipſa non eſſe diuino iure illicita, vt ex Io. Matt. cap. 5. traditur his verbis. Audiſtis quia dictum eſt antiquis, non męcaberis, ego autẽ dico vobis, qui viderit „ mulierem ad concupiſcendum eam, iam męcatus eſt in cor „ de ſuo.

Ad 3. „ Ad ſecundum vero à Doctoribus tergemina reſponſione

nę

ne occurritur aiunt primi, Martirium ex opere operato nō confert gratiam, quemadmodum sacramenta, quod cauendum puto. Secūdi probabilius docent Pueris ex opere operato gratiam prębere quidem, adultis vero nequaquam, nisi adsit ipsa cōtritio. Tertij vero adhuc maturius respondent, quod Martirium & Pueris, & Adultis cōfert gratiam ex opere operato, quod ex eo probatur, quoniam Ecclesia hos refert in sanctorum numero. Ad argumentum igitur primò dicendum est, cum martirium ex opere operato gratiam cōferat, diuersum genus esse; secundò verò, quod qui efficacē voluntatem habuit martirium subeundi, æquale meritum essentiale cōsequutus est cum eo, qui actu passus est, si tamē sit dicendum, quod Martirium gratiam ex opere operato conferre non possit. Maritiriū & pueris & adultis meritorium.

Iam vero tertium Argumentum perperam nobis opponitur; nam actus exterior sine interiori acceptus est quidē malus ipse, quemadmodum de puerulo gladio perimente hominem constat; veruntamen non habet meritum, vel demeritum, si interiori careat actu, vt eodem exemplo probatur. Ad 3.

Sanè verò quod Argumentum ex Irregularitate additur, hoc nullius propemodum est momenti. Ecclesia enim veluti Respub. quædam, bonam gubernationem præcipuè intēdens, inter exteriora delicta cohercēdum, non quæ grauiora sunt, sed quæ maius nocumentum Reipub. inferunt, castigat & punit; cum igitur Irregularitas ad meritum, vel demeritum non spectet, sed tantum bonam pacem Reipub. conseruet, nulla fit obiectio. Patet hoc in eo qui blasphemat, & in eo qui occidit. cum enim grauius ille blasphemando delinquat, hic tamen atrocius occidendo punitur. Ad 4. Not.

Ad quintum respōdetur quod homines exteriores actus plurimum detestantur, & fugiunt, ratione effectiuum pessimorum qui ab exteriori, nō interiori, promanant, tum ob pęnam puniuntur enim solum ex exteriori, tum quia in plures damnum exterius reduntat. Ad 5. Cur homines exteriores quosdam actus effugiunt.

Aug vero testimonio 13. de Trin. cap. 5. non est cur pluribus respōdeamus nam constat, eum dici miseriorem, qui opere compleuit, propter damna, ęrumnas, & incommo- Ad 6. Ex D. Aug. 13. de Trin.

da, quæ ſequuntur; maxime verò ratione ſcandali, & exterioris offenſionis. Equidem hæc dixi, vt quid in hac difficultate ſentirem apertum eſſet, ſed Confeſſarij quoque hortâtur, vt hic animum ſerio aduertant, ſi quid tamen inter ſcribendum hac de re profeci, numerum quippe, & qualitatem delictorum interiorum, præſertim verò quæ deſiderio compleri ſolent, à Confeſſario perquiri maxime debere ex ijs omnibus conſtare cenſeo.

Sed hæc ſint ſatis.

Quænam Actio verè Praxis ſit cenſenda.

Controuerſia IIII. Moralis.

QVIA Practici, & ſpeculatiui mentionem infra facturi ſumus, & ſcio plures locum dediſſe Quæſtioni huic de natura praxis, nimirũ qd ſit, & vtrũ ſit actus intellectus, paululũ ante eſſe dicẽdũ decreui. Tres itaque ſunt in vniuerſũ Opiniones Doctorũ Ioãnis Bac. Scoti, & tertia communis Occan. Greg Iauel. Soto. Soncin. & ex parte Benedicti Pererij. Prioris ſententiæ Aſſertores aiunt Praxim quiditatiuè, & eſſentialiter actum intellectus eſſe, quo aliquid agendum, vel fugiẽdum eſſe dicatur. Nullus autem voluntatis elicitus, aut imperatus actus, niſi antecedendo, vel conſequendo ad ipſam praxim attinere aiunt, eoque primum Argumento probant, quoniam ſcilicet Ariſto. v1. Etic. cap. 4. habitus practicos in intellectu ſtatuit. Vnde quemadmodum ſpeculatiuo habitui ipſa intellectiua ſpeculatio conuenit, ita practico ſua intellectualis operatio practica, puta Prudentiæ rectè conſulere, & imperare, Arti vero dirigere, & regulare conueniet. Quod operationum genus eo praxim vocant, quod ſunt operationes practicæ. Confirmant verò eiuſdem met Ariſto. auctoritate ſententiam ex 3. de Anima contex. 46. deſumpta, vbi habitum practicum à ſpeculatiuo ita docuit ex

1. Sẽt. q̃ſt. vlt. Prol. 1. Sen. q̃ſt. 2. 1. Sen. in Prol. lib. 1. Suę Philoſophiæ.

1. Sententia.

1. Argumentum.

Ar. v1. Etic. ca. 4.

Cõfirmatio ex ar. 3. de aïa.

fine

fine differre. Practicus ratiocinatur, quid prosequibile, quid ue fugibile, speculatiuus vero nequaquam; tunc sic educit ratio raciocinari quid prosequendum sit, quidue fugiendũ est actio practica, ergo praxis est opus intellectus quam deinde vel eo maxime constat antecedenter quodammodo attribuendam esse voluntati, quod quando voluntas intellectus præcipit, vt dictet intellectio illa, quæ essentialiter intellectus est, opus etiam voluntatis quodammodo dicatur, & consequenter dictatum recipiendo.

Scotus vero ita praxim definit, vt alterius potentiæ ab intellectu naturaliter intellectione posterior sit, natus tamen elici conformiter intellectui rectè vt sit rectus; quam definitionem ex Aristo. 3. de Anima contex. 49. se desumpsisse planè commemorat, afferente intellectum extensione ad opus, idest ad alias potētias practicũ fieri. Quas Opiniones, vt pote omni ratione vacantes, & ueteri Philosophiæ aduersæ explodendas esse hisce fundamentis duximus, & tertiam consonam Aristotelis dogmati amplectendam esse. Scotus. Refellũtur horũ sententię.

Primum fundamentum. Praxis est operatio hominis, nõ quæcunque, sed quæ subest arbitrio libero eius, quod cum errare persæpe contingat operando intellectus habitu quodam practico indiget praxim eiusdem dirigente, ex quo cõstat à ratione praxis naturale quodlibet opus reijciendum esse, vt sunt motus grauium, & leuium, potentiæ insuper vegetandi, & quicquid à natura infra animam rationis particeps, & imperio eius collocata promanat. Hæc siquidem, vt neque secundum esse, neque secundum vsum, nisi fortè indirecte, & veluti per accidēs, imperio hominis subduntur, ita nec liberæ sunt, nec regulari possunt. Quemadmodum etiã actus ipse voluntatis erga ultimum finem dicendus est; hic enim veluti intellectus circa prima principia in finem à recto tramite deficere, nec põt, nec uoluntarie mutari, in constitutione quidem quoniam libera est uolitio finis variari, & libere fieri potest, & idcirco libera est secũdum quid, & praxis quodammodo rationem habere dicitur. Reliquę omnes actiones uolũtatis uel ad finē, vel eorum, quæ sunt ad finem puta eligere hoc vel illud, bene, vel male potentijs imperare, actiones præterea omnes, quæ ob aliã potentiam esse dicuntur, 1. Fimamentum. Quæ sit praxis verè. Motus naturales non sunt praxis. Volutio vltimi finis nõ est praxis.

cuntur, dummodo à voluntate imperentur, vt iraſcibilis, & concubiſcibilis praxis ſimpliciter dicuntur, quoniam à libero hominis arbitrio dependent. Cęterum Operationes intellectus quamuis per ſe, & ſecundum ſpecificationem voluntati non ſubdantur, illarum tamen exercitium, & vſus ita voluntati ſubeſt, vt ſecundum hoc praxis quodammodo dicantur. Hinc illorum tollitur obiectio, qui ſpeculationem formaliter praxi opponi dicentes, non vident quomodo praxis vllo modo ſit dijudicanda ſpeculatio. Quibus inquam reſpō detur, etſi ſpeculatio formaliter praxi opponatur, quatenus tamen actio quædam eſt extrinſecè regulata, ideſt ſecundū exercitium directa per habitum praxis iure merito cenſetur.

De operibus Intellectus.

An ſpeculatio ſit dicēda prauis.

Secundū Firmamētum.

Secundum Notandum cum quælibet facultas, vel habitus intellectus ex Obiecto, & ex Fine practicus dicatur, de quo infra latius, & circa obiectum practicè duplici actu nos verſari contingat, dirigendo videlicet, & operando aliquid. Si dirigat, ad operationem, vel notitiam intellectiuam practicam habitualem ſpectat; ſi reguletur, ad actum uoluntatis per habitum practicum directū, & ordinatum attinet nec vllus ante Ioannem ipſum Bac. praxim negauit eſſe hunc actum ſecundum. Cuius idcirco Sententia vniuersè tanquā falſa meritò reprobatur. Quamuis enim actus dirigens omnino non abhorreat à ratione praxis; eſt enim ſecundū quid quo ad uſum praxis, ſimpliciter tamē ſola praxis eſt cenſenda operatio illa, quæ habitu practico dirigitur ſimpliciter, vt infra dicetur; & ad rationem eius reſpondetur illud duntaxat ex argumento ſequi ipſius ad intellectum practicum practicas intellectiones, non praxim ſimpliciter, attinere. Neq; aſſeruit Ariſto. unquam operationem intellectus practicā praxim debere nuncupari, ſed tantummodo practicam operationem, quòd ab habitu practico regulatiuo fiat. Ad Confirmationem verò patet ratiocinationem de proſequibili, & fugibili actionem eſſe intellectus practici, ac ideo practicam quidem, quòd directiua ſit, non tamen praxim, quòd nō dirigibilis ſimpliciter dicatur. Dirigibilem actionem uoco praxim, quia eius natura in eo conſtituta eſt, vt actio uel factio quędam libera ſit ſimpliciter p habitū practicum regulabilis, non curando vtrum actu dirigatur, contra

Refellit Opinio Ioa. Bacon.

Ad Arg. Ioac. Bac.

Ad Confirmationem.

tra Scotum, cuius sententia paulo minus, ac superior impro-batur quod operationes malas, ut est odio prosequi Deum, à ratione praxis seiungat, quia nempe non sunt operationes regulatæ, & à ratione practica probè confectæ. Cum tamen latè constet malam actionem voluntariam teste Aristó. lib. VI. Etic. ca. 2. praxim esse, non alia sanè de causa, nisi quia ad arbitrium liberum refertur, id est rectè & non rectè fieri potest. Quemadmodum enim habitui practico illud vnum essentialiter sufficit, vt sit Regula formaliter, & actu directiua (esto non actualiter dirigat, nihil obest) ita praxi sola sufficit libertas quoad specificationem, & vsum; ita enim fieri rectè, & nō rectè, ac per consequens regulari contingit praxim. Sed & illud ex Scoto iure reprehendi posse videtur, quo ait in definitione Praxis oportere esse actum alterius potētię ab intellectu naturaliter posteriorem intellectione, nataque elici conformiter intellectui rectè, vt sit recta. Etenim non explicat modum, quo regulari oporteat operationem illam, neque vero à cæteris actionibus huiusmodi definitione secernitur. Volitio enim vltimi finis, cum sit opus voluntatis naturale secundum specificationem, ac propterea à natura praxis reuocetur, nihilominus eas habet conditiones, quotquot Scotus ipse assignat, vt quisque facile conspicere potest. Nec tacebo perperam actus intellectus absolutè à ratione praxis, huiusmodi Scotica definitione refelli. Arithmeticus .n. quatenus bene vel male exercere numeros docet nō secus ac Musicus in praxi, saltem quoad vsum, uersari dicitur, quia sūt huiusmodi actus quo ad exercitium sub imperio voluntatis cōstituti. Ex quo etiam dubitarunt alij cur non docuerit Scotus omnem speculationem saltem quoad exercitium à voluntate ipsa pendere, ac proinde praxim esse aliquo pacto actum intellectus. etsi ex eo etiam in dubium vertenda esset opinio Sco. quoniam Aristo. 6. Etic. cap. 2. Praxim vocat electionem, vel aliquid aliud insequens illam, cuiusmodi censentur intellectus actus quo ad usum, & exercitium sub imperio volūtatis constituti. Ad tex. vero 49. dicendum est illud verbum, extensiue, non haberi in textu illo, vnde & mirantur plures autoritate cōficta Scotum virum celeberrimum inniti in re tanti momenti.

Improbatur Sentētia Scoti, & rōnes illius diluuntur.

Habitus practici De ratione nō est vt actu regulet, & dirigat.

Arist. VI. Etic. ca. 2. Praxim vocat électionem.

Ad tex. 49

Quod si etiã extaret, esset proculdubio is sensus eius loci, quod, dum intellectus suo iudicio extenditur ad quippiam dirigendum, practicus efficitur.

His visis & dijudicatis Peripatetici modo Sententia, quã Tertiæ opinionis Auctores insequuntur, paucis absoluenda est. Sit igitur Prima Assertio. Praxis est operatio libera ab humana voluntate prodiens, vt bene, vel male fieri põt, vel quo ad exercitium, vel quo ad specificationẽ. Sed arbitror etiam id non rectè dicendum, nisi declaretur solas operationes quo ad specificationem, & exercitium simul praxis naturam simpliciter obtinere, quæ verò secundum exercitiũ tantum secundum quid, ratione superius tradita.

Prima Assertio. & Praxis definitio.

Secũda Assertio. Prima Praxis est electio voluntatis. Probatur. Nam primam sedem praxis habet operatio, quæ in prima voluntatis potestate, & deliberatione situatur; huiusmodi est electio, veluti e conclusione quadam consilij intellectus elicita ex deliberatione prodiens, quam deinde sequuntur vti ducem quicunque actus imperati ordine inuiolabiliter à natura rerum communi præstituto. Inde vero nosce licebit, cur primus actus uoluntatis electio nuncupetur. Etenim quasi è voluntate vnicè, & singulariter elicitus, dicitur. Si verò ambigatur quomodo hæc vera sint, cum Ars fabrilis, quæ practica est cognitio, non ab electione, sed ab actione tantùm prodeat. Rectè docuit Socinus hac in parte fabrilem artem nunquam habitum practicum futurum, quin apta regulare voluntatis actum censeatur prius, quo faber eligit efformare ferrum; secus enim imaginando non esset ex proposito, vel ex intentione agentis, sed per casum, & naturam quicquid ex manibus eius prodiret effectum.

Secunda. Prima Praxis q.

Ars fabrilis.

Tertia Assertio. Quicunque actus à voluntate imperantur vt irascibilis, & concupiscibilis, nec non alij ad praxim primam spectantes secundæ praxes censentur. ita probe S. Tho. pri. sec. quæst. 27. art. 1. ex habitibus speculatiuis meritũ prodire posse docuit, si ex charitate fiant; quoniam à voluntate illorum, actus imperari possunt. licet Peripateticorum Moderniores quidam eius sententiam increpare conẽtur, Quãdoquidem aiunt: praxis obiectum respicere operabile, actus enim practicus circa operabile obiectum producitur.

Tertia.

Quod meritum ex habitu speculatiuo haberi potest.

Obiectio

At

At intellectio, qua intelligo Orbem nō fertur in obiectum operabile; neque enim cœlum est factibile à nobis, ergo intellectio illa habitus speculatiui, nedum non simpliciter, sed neque etiam secundum vsum praxis esse poterit, aut meritum vllum habere. Cuius tamen enodatione rationis aliæ plures dissoluuntur binos actus in habitu practico animaduertendo, est enim notitia practica, & operatio acriter, quā dirigit habitus practicus media notitia practica. Tūc dico, notitiam quidem practicam respicere obiectum operabile, & sic prudentiæ actus, quo iudico non esse Astrologiæ amplius incumbendum, respicit pro obiecto ipsammet intellectionem circa coelum, quæ proculdubio operabilis est, & factibilis ab intellectu; hæc enim pendet à voluntate secundum exercitium. verè quidem nihil producibile respicit ꝑ intellectionē distinctum, & ex consequenti non est de obiecto operatione producibili id, quod non deest plerisque practicis notitijs. enimuero notitia citarizādi practica est, cum tamen per eandem vt 1. Etic. ca. 1. traditur, nihil penitus producatur ab operatione ipsa distinctum. Vnde praxis, vel operatio per notitiam practicam directa non semper necessariò fertur in obiectum operabile in hoc sensu, vt quodcunque intelligitur, regulatione effici possit; sed satis esse videtur, si obiectum intelligat à voluntate secundum exercitium pendens, quemadmodum de actu irascibilis, & concupiscibilis dicendum. Feruntur namque aliquando circa aliquod obiectum, quod nequaquam factibile est à nobis. sic Soncinas optime notauit in Meth. notitiam, quam habeo de Deo colendo practicam esse, cum tamen Deus producibilis à nobis nequaquam censeatur. Quo circa per obiectum operabile illud intelligi oportet, quod per actum alicuius potentiæ attingi potest, qui tamen actus electioni subdatur. Vrgebis fortè amplius actum circa operabile obiectum versari oportere, quemadmodum habitus practicus versatur, quinimmo actus magis quàm habitus, vt pote qui obiecto immediatior habitu. Sed facilis est solutio; Actus enim ex habitu practico fluens ita quidem esse oportet circa obiectum operabile, vt obijcitur. at secus de praxi est dicendum, cui sufficit, vt actio libera, regulata per notitiam

Solutio.

1. Etic. c. 1.

vi. Met. quæst. 3. cōc. 1. & 2.

Quod sit obiectum operabile.

Obiectio

Dilutio.

practicam

practicam dicatur. atque ita huiuſmodi obiectio prorſus euertitur, & finis Controuerſiæ huic imponitur.

An Ens dicat communem rationem à ſuis inferioribus præſcindentem.

Controuerſia I Metaphiſicis.

1. Arg. SCotus nouo quodam apparatu præter aliorum ſententiam diſceptationi huic finem imponere nititur primo Ariſtotelis teſtimonium accipiendo lib. 2. Met. cont. 4. aſſerentis Deo magis quam cęteris entibus, quę cum ipſo conueniunt, entitatem conuenire. Quamobrem etiam in 2. lib. poſt. cap. 8. eſſentialia rerum prædicata refert, quę ipſum ens tranſcendere dicuntur. Prę-
2. terea quandocunque intellectus habet euidentiam alicuius conceptus, & de alio dubitat, oportet diſtinctionem inter ea duo verſare. Atqui habemus euidentiam de re aliqua quod ſit ens, dubitamus vero circa aliquem determinatum eiuſdem rei cōceptum, puta an ſit accidens, vel ſubſtantia, ergo neceſſe eſt aliquem entis conceptum à ſubſtātiæ, accidentiſque conceptu diuiſum haberi; minor propoſitio veterũ Philoſophorum exemplo comprobatur (maior enim patet) à quibus luminis entitatem cognitam fuiſſe ſcri-
3. pturarum monumentis conſtat; quæ tamen entitas ſubſtantiane, an accidens eſſet dicenda, ipſorum plerique haud ſatis perceperunt. Præterea à quibuſcunque eſſentialiter conuenientibus ex vna parte, diſſidentibus vero ex alia conceptus aliquibus obiectiuus neceſſario abſtrahi debet commu-
4. nis & præciſus ab eo in quo ſeiunguntur ab inuicem: huiuſmodi ſunt ſubſtantia, & accidens in ratione entis; ergo ab ipſiſmet conceptus obiectiuus abſtrahi debet. Adde, quod
5. obiectum ſcientiæ, vel potentiæ adæquatum formalem rationem ab omnibus contentis pręciſam includere debet. At ens intellectus eſt, & metaphiſicæ obiectum; ergo ratione formali ab inferioribus ſuis diuidi oportet. Sed & quinto

Scoti. 1. Sen. diſt. 3. quæſt. 1. 2. quæſt. prologi. & in 3. diſtin. 8. q. 2

argumentatur, quoniam Affectiones propriæ alicuius subiecti ab alijs distincti ex ratione formali fluunt distincta à reliquis aliorũ; at passiones entis distinctæ sunt à passionib. substãtiæ, & accidentis, ergo à distincta pariter ratione procedunt. Ad hæc non negabunt sapientes comparationem duorum in aliquo fieri oportere ab vtrisque præciso; at substantia, & accidens in ente comparantur, quãdoquidem magis ens substantiam dicimus accidente; ergo ens ab utrisq; est præcisum. Verum nisi demum hanc veritatem fateamur, 7. inquit Scotus, sequetur procul dubio Deum per creaturas substantiamque per accidentia discerni nunquam posse. Vnum quippe per aliud percipimus, quia vel formaliter, vel virtute in eo continetur. Atqui Deus virtute non continetur in creatura, aut substantia in accidente, cùm imperfectiora entia dicantur, ergo formaliter secundum aliquem conceptum entis vtrisque communem. Atque hæc sunt præcipuè quibus Sententia Scoti communitur ratione, quam prius Auicennas 1. suæ Met. cap. 4. & Algazeles defenderũt. hanc autem non admittendam satius diximus, quod Philosophantium fere omnes ætatis nostræ ex Aristotelis sermone. 10. Met. cont. 8. depromant, ens nec in quid, nec in quale, nec in quantum, nec alio aliquo modo prædicari; uox. n. quædam est, inquit, nihil commune dicens; vnde si naturæ singulæ, rerumque gradus tam superiores quàm inferiores, distinguantur, ens vnam communem rationem ab istis omnibus, modisque pariter inferiorum entium præscindentem, dicere non potest.

Auic. 1. met. ca. 4. & Algaz. Refutatio ab Ar. autoritate.

Quamobrem pro Aristotelis tuenda sententia secus asserendum est cum D. Tho. rationem vnam communem entis ab omnibus præscindentem non dari; hoc enim est in quo maxime sibi aduersantur S. Tho. & Scotus; sed immediate quascunque naturas vniuersaliter, atque indistinctè cùm ordine analogiæ non præscindendo à modis continere. Neque enim censendum est vt plurimi putarunt controuersiã esse inter huiusmodi Doctores, quasi Scotus ens vniuocũ effecerit, D. vero Thomas hoc negarit; primum enim Scotus non tenet, secundum verò libenter concedit; sed in eo controuersantur, Ioannes enim ipse conceptum cui tribuit

Sentẽtia D. Tho. probãda.

In quo D. Tho. N Sco. sẽtentiæ opponãtur.

buit præcisum formaliter per modos quosdam ad vnumquodque contrahibilem, & propterea ens vocat prædicatũ vniuocum, nõ vniuocum ens simpliciter, D. Tho vero hoc itidem negat; & iure optimo quidem; si enim huiusmodi cõceptus entis obiectiuus præcisus ad singula per modos aliquot contraheretur, certè vel per alios contraheretur modos, vel eosdem immediatè significaret; si primum afferatur erit processus in infinitum; si secundum, ens commune ad omnes modos immediate descendet, omnesque naturas immediate dicet, non autem quid commune per mo dos cõtractum. Rursus si ens communem conceptum obiectiuum præcisum diceret, oporteret adinueniri modum peculiarem à reliquis aliarum naturarum modis distinctum; quocirca reperiretur aliud ens ente communius, iterumq; de hoc vsque in infinitum asserere oporteret, nisi ad ens aliquod deueniatur, quo res immediate denotentur. Melius igitur erat immorari in primo ente, ꝙ vniuersa, quæ extra nihil sunt significat. Hæc Scotus non accepit. Nos tamen ens ita significare dicimus naturas omnium cum modis in communi, confuseque conceptas, vt quandocunque formali cõceptu nos contigerit ens concipere pro eo quod est, per ly id quod est, implicitè, confuseque omnes existendi modi denotentur, qui cum diuersarum inter se distinctè rationum sint, confusè tamen concepti vnius esse dicuntur. Id quod rursus alijs rationibus suademus. Primũ enim scire oportet, quod ens immediatè omnes naturas tam substantiæ, quam accidentis, tam creatæ, quam increatę speciei significatis, nullum præcisè conceptum Deo creaturisque communem habet. Clarius verò ens vnico conceptu formali quicquid est, eo mõ quo est, in se significat, Deum scilicet decem genera rerum, differentias, & quascunque entitates modosq; entitatum immediatè; propterea enim Aristo. secundo lib. Prio. cap. 28. quædam prædicata inueniri docuit, de quibus prædicatur nihil, ipsa tamen de alijs omnino prædicantur; huiusmodi autem sunt, inquit, decem genera rerum. Quam obrem sequitur vt præter huiusmodi denarium numerum entiã illud Scoti de nullo penitus dicatur. Quid igitur erit? Confirmatur. in 10. n. Diuin. versus finem disputans Philosophus,

Prima rõ D. Th. sentẽtia.

2.

3.

Ens nullum dicit conceptũ commune R.

Aristo. 2. prio. c. 28.

Cõfirmatio ex 10. Diuin.

Philosophus an ens genus sit, negatiuā partē cōcludit, quia in inferioribus contrahentibus penitus referatur; neque.n. cuncta ab eodem formali principio pendere possunt, vt idē Aristo. 12. Diuin. cont. 1x. probauit. Sed nec prętermittam locum quem 4. met. cōt. 3. innuit Philosophus. ens homo, inquit, & homo idem sunt, quoniā nihil homo potest addere enti, nisi eiusdem prædicati expressionem. Quare & alius locus 7. Met. cont. 15 non obscurus erit, vbi decem genera rerum non secundum vnum, nota hunc loquendi modum, non secundum vnum, sed ad vnum esse ait. Sed & locus alius 10. met. cont. 8. plurimum vrget, in quo ens vocem quādam esse tradit, nihil commune dicens. Quid hoc verbo clarius? nihil commune dicit ens præter vocem. Dicant autem postremo Scoti defensores, quonam modo prædicata rerū essentialia inter se primo diuersa esse poterunt, quemadmodum 10. Met. cont. 12. docuit Aristo. si in aliquo conceptu formali realiter à suis inferioribus præciso conuenire possunt? non respondebunt fortasse. propterea dicamus ad argumenta.

12. met. 1x. 4. met. 3. 7. met. 15 10. met. 8 Vrgens pcū statuo. 10. met. 12

Ad 1. constat locum illum percurrentibus nomine vniuocorum græcè synonima accepisse nihil ob aliud, nisi quia plura entia sub vnica forma alicuius nominis conueniunt, eandemque vocis significationem participant, vel intrinsece, vt verè vniuocis, vel in ordine ad vnum per attributionē, vt analogis, in quorum numero ens principatum obtinet. Decet quippe satis vnum primum ens reperiri quod habeat esse ex se. deinde verò alia omnia per attributionem ad ipsum. Nec locus ille obest, in quo sermo fit de prædicato extra ens reperto. non enim prędicatum dicitur extra quodlibet repertum, quia vniuocum ad omnia dicatur, sed quia definiti genus omne excedit.

Ad 1. Sco arg.

Ad secundum dicendum videtur conceptum entis, cuius firmitatem intellectus noster habet naturam vllam, vel naturæ gradum præcisum non esse censendum, sed magis conceptum quendam confusum earundem naturarum. De conceptu quippe entis se habet veluti de sano; sanum pluribus conuenit; qua ratione tamen & modo, formaliterne, causaliter, vel significatiue distinguēdum

Ad 2.

eſt; non igitur diſtinctionem naturæ, ſed aliẽtatem conceptus ex parte noſtri infert obiectio illa ſecunda.

Ad 3. Ad tertium, falſum eſt ſubſtantiam & accidens, cum ſint primo inter ſe diuerſa, in aliquo eſſentiali conceptu conuenire. At hæc ſolutio nulla eſt, inquiũt Aduerſarij, maiorẽ enim ſimilitudinem inter accidens, & ſubſtantiam vigere norunt omnes, quam inter ſubſtantiam, & nihil. Sed vnde hoc, quæſo, niſi ex natura rei aliqua intercedat conuenientia inter ſubſtantiam, & accidens? Verum hac quoque in re facile decipiuntur, quippe cum ea vigeat ſimilitudo accidentis ad ſubſtantiam magis quam ad nihil, hoc nihil aliud eſt, quàm ordo quidam poſitiuus accidentis ad ſubſtantiam, quatenus ſecundum quid, & ordine analogiæ conueniunt. Quis enim vnquam dicet, quoniam vrina maiorem habet affinitatem cum animali, quã cum lapide vniuoce cum animali conuenire? Etenim non arguit identitatem rei, ſed conuenientiam analogicam conceptus ordo ille, quem vrina habet ad animal; ſic & de conuenientia inter ſubſtantiam, & accidens ſuo modo dicendum.

Notã dũ.

Ad 4. Ad quartum verò ex lib. 4. diuin. conſt. 3. patet analogicã ſufficere vnitatem in ſcientijs, quemadmodum in obiectis. Ex quo pariter tollitur obiectio de affectionibus entis.

Ad 5. Quemadmodum namque ſufficit ad paſſiones cauſandas, quod ens ſit vna forma, vel ex æquo in omnibus, vel quod ordinem habeat ad ipſam, ſic paſſiones analogas eſſe ſufficit; unitas enim & bonitas accidentiũ, analogicè ſe habet ad vnitatẽ, & bonitatem ſubſtantiæ, quemadmodum entitas.

Ad 6. Ad ſextum. Caiet. cõparationem non ſolum in vniuocis, ſed etiam in analogis optime reperiri; ſiquidem ſufficit in comparatione vna forma, in qua fiat comparatio; hæc autẽ datur in analogo, quemadmodum patet in ſano ex modo ſe habendi, & ex habitudine ad vnam formam.

Qũo vna forma detur in analogis.

Ad vlt. Ad ſeptimũ reſpõdetur, quòd accidens participatiuè ſubſtantiam continet, & creatura Deum; qua imperfecta participatione in cõfuſo, & indiſtinctè Deus percipitur à nobis. Atque ita de communitate naturæ entis vtrum detur, & quomodo dixiſſe ſufficiat.

Ex

Ex contextu tertio duodecimi libri Diuinorum Accidentia non esse Entia formaliter ostenditur, & Zimaræ sententia reuocatur.

Controuersia II. Metaphisicalis.

ETSI philosophantium lumen præclarissimum Aristoteles cum multis in locis, tum præcipuè in 12. lib. Diuin.cont.3.planè videatur asserere, Accidentia non esse formaliter entia; non defuere tamen, qui alijs quibusdã eius doctrinæ loci adductis affirmatiuam partem approbarint, atque id quod Aristoteles ipse ibidẽ ait, in alium sensum dictũ esse, acceperint. In eandem sententiam visum est Clarissimo nostrę ætatis Philosopho Marco Antonjo Zimaræ in suo lib. Theorematum Propos.3.pedibus descendendum esse. Nam Propositio inquit Philosophi est, accidentia sunt entia, quia entis in 7.diuin. tex. commen.2. satis famosa, & allegata; non intelligitur, quod accidentia sint formaliter entia ratione habitudinis ad substantiam, ita quod inhærentia sit de quiditate accidentis, vt quidam asseruerunt. Et Ioãnes de Ianduno, & sequaces eius sustinẽt hoc de mente Aristotelis & Auer. quod quidem stare non potest. subiectum enim & habitudo ad subiectum non est forma, neque quiditas accidentis. attributio enim accidentium ad substantiam est in genere causæ materialis non formalis. Glossa est expressa Auer.4.met. commen.2. Quibus sane verbis euidentissime colligitur, prout ipsemet alibi etiam prætefacit substantiam, vt induit rationem subiecti, idest materiæ, ens entis esse, hoc est; in ratione accidentis non tanquam formam cadere, sed tanquã subiectum, & materialem causam; quam etiam Commentatoris Auer. sententiam esse credit.

Sententia Marci Antonij Zim. 7.diuin.a

Auer.4. Met.

Veruntamen vt oppositæ sententiæ potius inhereamus, multa nos mouent, quæ Viri clarissima nostræ tempestatis lumina cum egregiè satis patefecerint, veluti modo cunctis perspicua peripateticæ veritatis fundamenta prætermitto; postremam

Eiusdem Improbatio.

poſtremam tantum,ſi fas eſt,veritati huic adhibendo manū,
12. met. cont.3. quæ vim magnam ex cont.3.12.Diu. præclarè multum eruere mihi videtur. Intentionem vero prius eiuſdem met Philoſophi in eo lib.12.referam, breuibus tamen, quippe colligitur ex verbis primi textus;quo deinde clarius pateat quid de ipſis accidentibus in conſequenti 3.cont.dicat Ariſto.In-
Progreſſus Ar. à cont. 12. met. vſq; ad 3. cont.2 quit igitur de ſubſtātia theoriam eſſe,eiuſque principia iure merito inquiri;eſt enim omnium primum ens ſimpliciter. etenim ſi vt totum (ſequitur in ſecundo contextu) aliquid vniuerſum eſt,ſubſtātia prima pars eſt;& ſi ex ſequenti,hoc quoque modo primum eſt ſubſtantia, deinde quale,poſtea
„ quantum.Quaſi diceret Philoſophus; ſiue enim ſumantur
„ entia vniuerſa veluti coadunata, & ad inuicem coniuncta,
„ ſiue ſecreta,ab inuicemque diſiuncta, ſemper ſubſtātia ipſa
cont.3. „ prior omnibus relinquitur. Rurſus vero in cont.3. conſequenter oſtendendo quomodo ſubſtantia primum ens ſit, cæteriſque omnibus qualitatibus, quantitatibus, & cætera antepoſita,addit. At ſimul (vt ita dicam) nec entia ſunt iſta ſimpliciter & cætera;quæ textus verba ad primum referendo ita interpretari debent; Sola ſubſtantia eſt ens ſimpliciter primum,non aliud, ergo qui verſatur in cōtemplatione entis, ſubſtantiam ipſam perſequi omnino tenetur;conſequentia patet,probatur antecedens. Qualitates enim quantitates & c. præter ſubſtantiam entia ſimpliciter non ſunt,ſed potius dicuntur eſſe qualitates, eſſe quantitates,& c.nam qualitas alicuius eſt qualitas, & quantitas alicuius, hoc eſt ſubſtantię,quātitas, quatenus per ſubſtantiā ſunt eo modo quo ſunt. Subſtantia autem, quæ eſt primum ens ſimpliciter, ſignificat id, quod habet eſſe ſimpliciter,nempe per ſe; quod ſolum concretis, & compoſitis ſubſtantijs conuenire patet. Sola ſubſtantia compoſita, ſolum indiuiduum habet eſſe per ſe ſimpliciter 8. met.cont.3. Acciden-
8. met. 3. tia vero qualitates,& quantitates, veluti non album, ſe habent,& non rectum,hoc eſt,non habent eſſe ſimpliciter,ſed quemadmodum eſſe album,& eſſe rectum;neque enim cōcreta ſunt,& per ſe compoſita. Imò nec abiunctæ mentes, inquit Ariſtoteles, cū compoſitæ nòn ſint, entia ſimpliciter vocari poſſunt; ſunt autē potius ipſummet eſſe quā en-

tia. Nam ens est illud, quod habet esse, idest quod cõpositũ est. ex quo patet etiam animam ipsam ens propriè dici non posse, quia non est compositum ens, sed potius ipsum ipsummet esse, vel id quo ens est, nempe compositum. Itaque accidentia non esse entia simpliciter inquit Philosophus, sed esse veluti non album, & nõ rectum respectu substantiæ album autem in ente aliquo non facit illud esse ens, sed tantum extrinsece denominat. Quomodo igitur accidentia asseris entia per se formaliter, si merito substantiæ quemadmodum album respectu subiecti, entia dicuntur? Nec respondeat Zimara substantiam esse causam cur accidentia sint veluti subiectum, & materia, ac propterea non sequi, vt per substantiam sint entia formaliter, quando quidem non eo vergit sermo Aristotelis, vt substantiam scilicet velit probare esse primum ens tanquam materia, vel tanquam subiectum hic in tit. 3. Sed tanquam substantia; de substantia enim inquit, non de subiecto, vel materia sermonem esse, & hanc esse primum ens simpliciter; si enim substantia esset causa accidentium vt subiectum, vel materia, non probaret substantiam, sed subiectum, & materiam esse primum ens simpliciter; & ita proprio fine destitueretur intentio Aristotelis, probare nitentis substantiam, non subiectum, aut materiam, esse primum ens simpliciter; inquit enim in cont. 3. substantia est primum ens simpliciter, cætera vero entia per substantiam sunt; non dicit per subiectum, quare fallitur bonus Zimara, & ipsum insequentes asserendo non substantiam, sed subiectum, vel materiam esse causã accidentium, ac propterea non sequi quod entia formaliter non dicantur. Etenim accidentia ostendit Philosophus non tanquam à subiecto, sed à substantia, vt sic, dependentiam habere; nam ibi de substantia, vt substantia est, differit, & primum ens simpliciter esse dicit, quia cetera accidentia ab ipsa dependent. Quod si exponendus esset tanquam à subiecto, quomodo postea vera esset, quam deducit ipse, conclusio, ergo scilicet subst ãtia est primum ens simpliciter? numquid subiectum vel materiam omnem substantiam dicemus, vel substantiam eo ipso substantiam, quo subiectum? absit.

Anima nõ est ens simpliciter.

Nota quõ dedicatur accidentia nõ esse entia formaliter.

Occurrit tacitæ Zim. percunctationi.

Notandũ in textu.

Defectus Zimaræ.

Verum

Auer. nun quã fuit in ea Zim. Sententia. 12. met. com. 3. Verum quod satis etiam vrget, Commentatorem Aueroë ait in eandem esse sententiam, quam ipse tuetur, cum tamen meridiana luce clarius eluceat Auerois sententia opposita in hoc eodem commen. cõt. 3. dum ait. nullum enim inuenitur aliorum simpliciter; loquitur de accidentibus, neque motus, sed dicitur esse qualitas, & esse motus: motus n. ẽ
" motus alicuius, & qualitas est qualitas alicuius; substantia ve
" ro, ens dicit substantiã nõ subiectum, non est substantia ali
" cuius. substantiam igitur dicit ens simpliciter, & independens, quia non est ens alicuius quemadmodum accidentia, quæ sunt entia substantiæ. ita vt dependentiam constituat Auerroes, quemadmodum Aristo. etiam inter substantiam formaliter, & accidens, non autem inter Subiectum, & materiam, quæ profectò ne verbo quidem vllo attigisse ibidem apparet. Dubitatio. At surgit dubitatio hoc in loco; nam Aristoteles non album, & non rectum vocat entia, quanto magis qualitates, quantitates, motus, & cætera prædicamenta accidentium entia erunt? dico per se, quoniam tantum distant nõ album, & motus, non rectum, & qualitas sensibilibus quantum prædicata per se, & per accidens. Solutio. Respondendum huic, nõ album, & cætera, entia dici, quia sunt entium negationes, hoc est per accidens entia dicuntur. Dicis ergo qualitates, & motus entia sunt per se, si negationes sunt entia per accidens; præsertim cum quantitas, qualitas, & alia, vt meminit Aristoteles, sæpè sint entia per se. diuidit enim ens per se in decem prædicamenta, & qualitates, cum sint principia operandi, meritò entia per se diiudicari debẽt, Quo Accidentia non entia. Notandum pro respõsione Accidentia non ita per se entia dici quasi non per aliud, hoc enim solummodo substantiæ compositæ conuenit, vt Aristoteles hic in textu, sed dicuntur quasi non per accidens, eo modo quo nõ album, & non Ar 6. met. rectum per accidens entia dicuntur. Hanc partitionem An accidẽtia omnia sint entia per accidens. aprobauit Philosophus vi. Diuin. dum ens in anima, & aggregatum ex diuersis generibus, vt album musicum, entia per accidens vocauit. Dices, omnia igitur accidentia erunt entia per accidens, cũ singula nihil aliud sint quã forma accidentalis vnita subiecto. Respõdetur vt Auer. quod accidentia in subiecto qualitatem simpliciter denominant, connotatiuẽ

tatiuè verò subiectum, contra Auicennam existimantem ac cidentia in concreto primò substantiam, deinde verò accidentia connotatiuè denotare; cõstat autem qualitatem simpliciter, & per se prolatam esse ens per se modo prædicto; quia scilicet non per accidens; sic enim ens per se in decem prædicamenta secatur, vbi ly, per se, vt contra distinguitur à per accidens accipitur. Ad obiectum vero qualitatis, quæ dicitur principium operandi, respondendum, quod instrumenta potius dicuntur operandi, quàm vera operationum principia. Et hæc nunc sint satis.

An sola substantia sit realiter separabilis.

Controuersia III. Metaphisicalis.

IN eodem contextu tertio duodecimi libri, Met. ostendendo Philosophus substantiam esse primum ens simpliciter, ideoque eiusdem Theoriam esse, necnon ipsius principia iure indagari de accidentibus in respectu ad substantiã, ad medium eiusdem cont. protulit hæc verba. Præterea cæterorum nullum separabile est. quæ hic enumerare libet, quoniam plerisque occasionẽ præbuere eã difficultatem agitandi, si sola substantia separabilis dicatur, an verò & accidentia quoque separabilia dicuntur. sique demum substantiæ soli conuenit separari posse, quomodo id contingat, re an ratione.

Videtur enim, quod accidentia pariter, prout Porphirius in Pr(e)dicabilibus cap. de Accidente decreuit à substantia nedum ratione, quod omnes concessere propter abstractiones Mathematicas, sed realiter etiam distinguantur. diuiditur enim accidens in duo, inquit Porphi. hoc ipsius separabile est, illud vero inseparabile. 1. Argu.

Præterea vero substantiam esse separabilem, vel rationẽ sola, vel re ipsa pariter contingit. si primum, contra, quoniã non sola substantia, vt dictum est, sed pleraque accidentia 2. Phisic. cont. 12. sunt separabilia ratione; si secundum, con- 2.

tra. Quemadmodum enim accidens per te realiter ſeparari non contingit à ſubſtantia, ita eadem ratione ab accidente ſubſtantia denudari non poterit.

3. Et eſt pulchra difficultas. Ad hæc, quis valeat ſubſtantiam ſeparabilem realiter aſſerere, ſi materia, & forma 8. lib. Met. cont. 3. inſeparabiles dicuntur? Dices, ſaltem compoſitam ex materia & forma ſubſtantiam denudari poſſe ab accidentibus, verum cum accidentia quædam conſimiliter à ſubſtantia denudentur, quo ſola ſubſtantia ſeparabilis dicetur?

Sententia quorũdam quá refert Suéſſan. & refutat. Non defuere olim Philoſophi, qui dicerent accidens inſeparabile eſſe ea ratione, quia proprium accidentis eſſe eſt alteri inherere; ſola vero ſubſtantia ab inexiſtendo libera eſt, propterea ſola ſeparabilis. Horum ſententiam refert Auguſtinus Sueſſanus in hoc commen. 3. & improbat inquiẽs. „ Salua pace iſtud videtur puerile, quoniam per idem accidẽs „ eſſet ſeparabile, quoniam ſeparatur à modo ſubſtantiæ; quibus uerbis oſtendit quemadmodum ſubſtantia propter nõ inexiſtere ab accidente denudatur, ita accidens propter inexiſtere, qui eſt modus diſtinctus à modo ſubſtantiæ, ſeparatur; eademque ratione ſi ſubſtantia ſeparabilis eſt ab accidente, accidens pariter à ſubſtantia ſeparari poteſt; ac propterea huiuſmodi ſententiam nullam eſſe putat.

Aliorum Sentẽtiã itidẽ impugnat. Alij propterea, vt ipſe tradit, dixerũt, quod ideo ſola ſubſtantia ſeparabilis eſt, quia independet ab alio, accidentia vero ſimpliciter dependent. improbat & idem Sueſſanus huiuſmodi ſententiam dicens; ſed nec placet, quoniam forma „ ſubſtantialis eſt ſubſtantia, & tamen à materia pendet ſecũ„ dum Auer. in lib. de ſub. orb. & alibi. Cæterum quanquam ſe-

Reprahẽditur hic Sueſſanus. cunda hæc opinio penitus veritatem non attigerit, nempe argumenta magna non diſſoluit, in eo tamen videtur à Sueſſano perperam impugnari, in quo aſſerit, nõ eſſe in cauſa dependentiam illam accidentium à ſubſtantia cur inſeparabilia dicantur.

Quoniã vere ſeparabile dicatur. Nanque ſeparabile proculdubio illud eſt, quod in alio, vel per aliud ipſum eſſe non habet, ſed per ſe conſiſtere poteſt; ita Ariſtoteles in hoc cont. 3. oſtendendo ſolam ſubſtantiam eſſe ens ſimpliciter ait; ex eo igitur, quod accidentia docuit à ſubſtantia dependere, ſtatim oportet ſubinferre nullum ipſorum eſſe ſeparabile. Et quis dicet vnquam

quam

quam inseparabile illud, quod à nemine intrinsecè dependet: sanè nullus. ita è contrario, quæ intrinseca ab alio depẽdent, veluti accidentia, ab eodem nunquam dimoueri possunt. Quare immeritò hac in parte Sententiam illam carpit Suessanus; nec quicquam obest obiectio de substantiali forma, nam propositio Aristotelis, sola substantia est separabilis, de quacunque substantia verificari non debet, sed de ea tantùm, cuius principia in eo loco 12. lib. quęruntur, quęque sola ens est; vt infra latius patebit. prosequamur modo quam ipse affert solutionem.

Statuit Suessanus ipse hanc propositionem per se veram esse, sola substantia est separabilis, per accidens vero falsam his verbis, Potest ergo dici, quod aliqua propositio est vera per se, quæ est falsa per accidens, vt omne animal potest videre non quidem de omni, sed in quantum animal, sic hæc est per se, substantia est separabilis ab accidente. quoniam in quantum substãtia est separabilis; quoniam intelligo prout ipsa potest habere esse cõpletum, & per se subsistens absq; depẽdentia ab accidentib. accidẽs vero non. & hæc vera est per se, quia aliqua substantia est, cui nec accidens inest, nec ipsa accidẽti inest; & hæc videtur Glossa Auerrois infra ut dicemus. His verbis constare censeo cuique legenti propositionem illam Arist. substantia est separabilis, veram esse, inquit Suessanus; nam vt substantia separari potest, quatenus aliqua substantia est, cui accidens nõ inest; falsi vero per accidens propositionem istam, qua talis scilicet substantia. Verum puerilia nimis insequitur, quod alijs minus errantib. obiecit, hac in parte ipse Suessanus. Possem enim ego principio hoc, Vt substantia est separabilis, vt talis substantia nõ est separabilis, ostendere omnem substantiam inseparabilẽ esse contra Philosophum; dicerem enim materia, cum sit substantia particularis inseparabilis, formaque, & compositum pariter substantiæ sint particulares inseparabiles, ergo omnis substantia in vniuersali est inseparabilis. Addo quod substantiam in vniuersali tantum, non in particulari, separabilem esse Aristoteli manifestè cõtradicit in 8. met. vbi substantiam in communi dispertiendo in materiam, formam, & compositum, materiã inquit inseparabilem simpliciter,

Opinio Suessani.

Compositum separabile est secundum rem, & rationem. formam separabilem secundum rationem, compositum verò separabile re, & ratione. sunt autem hæc verba textus. Est autem substantia idipsum quod subijcitur, aliter quidem materia, & aliter ratio. materiam autem dico, quæ cum non quod quid actu sit, potētia est quod quid. aliter autem ratio
" & forma, quod cū sit quod qd ratione separabile est. tertiū
" verò quod ex his est, cuius generatio solius, & corruptio est,
" & separabile simpliciter. Quid ad hęc? Dicesne hæc de mate-
" ria, forma, & cōposito Arist. protulisse, vt substātię, sūt, vel vt
" tales substātię, nēpe vt materia, forma, & cōpositū? Si fm, ma-
" lè dicis, non esse separabilem substantiam in particulari, qua
" tenus talis, vel talis. si primum; contra, quoniam materia, &
" forma quemadmodum compositum realiter separabiles es-
" sent contra Philosophum: sunt enim substantiæ veluti com
" positum. Verùm magis miror fundamentum huius distin-
" ctionis Suessani; inquit enim ideo substantiam in communi acceptam separabilem esse per se, quia aliqua substantia reperitur, cui nec accidens inest, nec ipsa accidenti. Proculdubio hoc de intelligentijs tantum asserere oportet: hæ siquidem in via peripatetica omni accidente carent: vnde sequitur quod substantiam hic doceat Aristo. separabilem, quia intelligentię separatæ sunt, cum tamen in textu tertio huius lib. 12. doceat apertè, nec separatas intelligentias esse illam substantiam, quæ est ens simpliciter primum, quippe solum composita substantia est ens simpliciter primum inquit, à qua alia accidentia dependent. Si igitur solam substātiam, quæ est ens compositum primum ens simpliciter, & separabile dicit Aristoteles; excludit autem substantias abstractas, quomodo audes ideo substantiam separabilem asserere, quia intelligentiæ sunt separatæ? præsertim etiam cū in 8. met. cont. 3. doceatur præter intelligētias separatas, cōpositum ex materia, & forma separabile esse: addo, quod si substantia in communi est separabilis, quia aliqua particularis est separata ab accidentibus, potius per se separabilis erit in particulari, quām in vniuersali.

Intelligentiæ separatæ oī accidēte carent.

1. Cōclusio. Nota. 1. Met 3. Quapropter secus censendum est, solam videlicet substantiam separabilem esse realiter. quod vt melius percipiatur, aduertendum est prius, cum tres sint substantiæ, vt loco allegato

gato docuit Aristot. Materia, forma, & compositum, sola inter omnes cõposita substantia separabilis est. materia enim quòd in actu per se existere nequeat, nec demonstratū quippiam sit, vllo pacto separari nequit. Forma verò per definitionem, inquit Aristoteles, quod est sola ratione separatur. impossibile enim est formam à materia segregare. vnum quod ex istis congregatur compositum est simpliciter secū dum esse & rationem separabile. ita Aristo. lo. alegato tradit, & Commen. Auerroes in commen. illius textus exponit. Rō cur Materia inseparabilis sit. Nota. 2.

Secundo animaduertendum est eo in loco, vbi propositionem hanc, sola substantia est separabilis, refert, solam substantiam esse, cuius principia quęruntur, & sunt, primum que ens simpliciter dicitur, vt in præcedenti controuersia tactum satis fuit. Atqui neque Materiæ, neque Formæ principia quæruntur, quoniam non habent, sed ipsius compositi, siue æterna substantia sit, siue corruptibilis, ergo solum compositum separabile est. Pro quo Nota. 3.

Tertio animaduertendum est, separabile illud esse, quod non recipit esse ab alio, nec per aliud à se distincto realiter, independens enim est, eoque ipso separabile; vndè accidentia quanuis à substantia diuersificentur, quia tamen in habitudine ad ipsam, & per ipsam, non è contra, dicuntur, inseparabilia sunt simpliciter. Substantia verò quanuis ab accidenti quodammodo extrinsecè sit inseparabilis, quia tamen simpliciter, & intrinsecè independet ab ipsis, simpliciter et separabilis est ab eis. Et hinc rursus Demum obseruandum est accidentium quędam separabilia quidem dici, quod nempe adesse, & abesse valeant à subiecto, verum quia separata consistere de se nequeunt, inseparabilia iure merito simpliciter sunt, ad differentiā substātiæ cōpositæ, q̄ ita separabilis est ab accidentibus, vt ab ijsdem denudata optimè se cōsistat. Accidentia quare inseparabilia simpliciter dicantur. Nota. 4.

Quibus positis, fit Secunda Conclusio. sola substantia cōposita separabilis est simpliciter, quod est re, & ratione. cætera vero accidentia inseparabilia sunt realiter. huius Conclusionis veritas ex eo patet præcipue, quia Aristoteles 12. met. cont. 3. docet eam substantiam esse separabilem, cuius principia quęruntur, & est ens simpliciter primum; atqui primum ens simpliciter, à quo alia dependent, & cuius principia 2. Cōclusio. Sola substātia est separabilis.

cipia quæruntur eſt compoſitum, ergo compoſitum eſt ſolummodo ſeparabile inter omnes ſubſtantias. quæ concluſio confirmatur tum ex Ariſtotele 8. met. cont. 3. aſſerentis ſolam ſubſtantiam compoſitam ſeparabilem eſſe realiter, & ratione, tum ex his quæ in ſuperioribus docuimus.

Quo accidentium quædã ſeparabilia ſint, quædam inſeparabilia

Vnde primum argumentum quo oſtendi videbatur accidentium quædam ex Porphirio ſeparabilia eſſe, quædam inſeparabilia; quatenus nititur concludere aliquod accidentium ſeparabile eſſe præter ſubſtantiam, hoc pacto diſſoluẽdum eſt. etſi accidens quoddam ſeparabile ſit ſecundum quid à ſubſtantia, quatenus ſeparari poſſunt ab inuicem, non tamen ſeparabile eſt ſimpliciter, & vniuocè; ita vt ſeparatum adhuc permaneat, quemadmodum dicimus de ſubſtãtia; quinimmo ſtatim ſeparatum à ſubiecto perit accidens.

De qua ſeparabilitate intelligendus ſi t Ariſt. 12. meth. cont. 3.

Ad ſecundum dicẽdum, quod Ariſtoteles de ſeparabilitate reali non rationis intelligendus eſt; verum non inde ſequitur, quod accidens pariter vt ſubſtantia ſit ſeparabile; nã alia ratione à ſubſtantia accidens, & alia ab accidente ſubſtantia pendet. hæc enim extrinſecè tantum, & ſecundum denominationem externam; à ſubſtantia vero accidentia eſſentialiter, & intrinſece pendent.

Sola Subſtantia cõpoſita eſt ſeparabilis.

Ad vltimum, dictum eſt propoſitionem Ariſtotelis de ſubſtantia ſolummodo concreta, quæ principia habet, & eſt ens ſimpliciter primum intelligendam eſſe, non de materia, & forma, quæ principia non habent, nec ens primum ſimpliciter dicuntur.

Quod practici, & ſpeculatiui Differentiæ ex Obiecto proximè ſumuntur; obiecti verò diſtinctionem pariunt fines ſcientiarum.

Controuerſia IIII. Metaphiſicalis.

Bened. Pererij opin. proponit.

DE differentijs Practici, & Speculatiui dubitari ſolet præ cęteris, an ex obiecto proximè, & actu ſumantur; obiecti verò diſtinctionem finis efficiat veluti radix ſcienſiarum. Ac Benedictus qui-

quidem Peretius vir alioquin pereruditus in primo lib. Philosophiæ ca. 4. tenet ex fine proxime, ex obiecto vero remotè desumēdum esse huiusmodi discrimen; quod etiam hac ratione probat. Distinctio finis scientiæ practicæ oritur necessario ex distinctione obiecti. nam causa, & radix qua finis practicæ sit operatio est, quia obiectum eius est quidpiā operabile, non autem contra. similiter contingere ait in speculatiuis, & practicis indistinctè. quare principium, & radix distinctionis hęret in obiecto, complementum vero in fine.

Nobis tamen huiusmodi Celeberrimi Viri Sententia penitus improbatur, & oppositum suadetur; puto. n. practici, & speculatiui differētias ex obiecto proximè melius, ex fine vero remotè desumi. Sed, vt quod docere volumus intelligatur, sententiam nostram, quæ grauissimorum Philosophorum est, duabus propositionibus breuiter proponemus. Refellit Pererij sententiam.

Prima Propositio; Practici, & Speculatiui differentiæ in obiecto proximè, & ratione modi considerandi sunt; probatur. nam ex eo proximè distinctio rei sumitur, quod ex proxima differentia. at proxima differentia practici, & speculatiui ex obiecto formali sciētiæ desumitur, propter modum considerandi, ergo practicum, & speculatiuum ex obiecto proximè pendent. minor propositio, cum maior pateat, probatur; ab eodem enim proximæ practici, & speculatiui differentiæ sumuntur, à quo, & scientiæ proximę specificantur. at specificantur proximè ab obiecto formali à quo pendent, & per qđ distinguuntur ab inuicem, ergo ita de differentijs practici, & speculatiui dicendum est, quod ex obiecto actu, & proximè distinguantur. Hinc. n. Aristoteles 2 Phisi. cōt. 18. Mathemat. docuit, & Phisicum per modum cōsiderandi ab inuicem distingui. Nam referunt ea, quæ considerant immediatè ad variam veritatem respondentem vario modo considerandi. res enim quę consideratur, est veluti materia, modus verò considerandi forma proxima, à qua cum sit distinctio scientiarum, debet etiam esse differentiarum distinctio, quod etiā 6. met. & 2. fieri docuit Aristoteles expresse. 1. Conc. quo practici & speculatiui differētię sint in obiecto. Specificatio Scientiæ est pximè ab obiecto.

Altera Propositio est, Radix, & origo distinctionis hmōdi desumenda est à fine; quā propositionem verā esse clarissime infertur, ex ijs paucis quæ dicemus. Primò, quia non ab Secunda Con. Radix est ex fine.

obiecto

obiecto eſt radix huius diſtinctionis, vt probauimus in alia propoſitione; & etiam, quia cum obiectum poſſit diuerſis ſubijci conſiderationibus, ſcientijs videlicet, & artibus; & à practico, & à ſpeculatiuo contrahi poteſt. Quod ſi dicas id fieri ob diuerſam conſiderandi rationem, ſtatim etiam, fateris obiectum formale eſſe, cum ſit modus conſiderandi id à quo proxime dependet ipſa diſtinctio à fine tamen petenda eſt huius diſtinctionis origo, quia, à fine varius conſiderandi modus deſumitur, vt Ariſtoteles 2. Phiſic. cont. 26. egregiè nobis commõſtrauit his verbis: quouſque ergo phi-

à fine varius conſiderandi modus deſumit.

» ſicum oportet cognoſcere formam, vt ipſum quid eſt? An quemadmodum Medicum neruum, aut Fabrum æs, vſq; ad aliquid; alicuius enim gratia vnumquodque, & quæ ſequuntur. quaſi diceret. vt Faber æs contemplatur, medicus vero

Locus ar. 2. phiſic. cont. 26. declarat.

» neruum, quatenus conducunt proprio fini, ita Medicus &
» Naturalis hominem conſiderant vt conducit proprio fini. Medicus enim quatenus eſt ſubiectum ſanabile, Naturalis vero quatenus de naturali corpore cognitionem conſequitur. Amplius probatur ex lib. 3. de anima cont. 49. & 2. lib. met. cont. 1. vbi docet Ariſtoteles etrectè quidẽ vocaſſe Sapientes Philoſophiam contemplationẽ veritatis; illius enim finis eſt veritas. Cum igitur à fine recipiat habitus nomen, ab eodem etiam, veluti ab vltima differentia, vt ait Ariſto. 7. Metaph. cont. 43. debet originem ducere. Addo tertiò, quod cum à quatuor cauſis cauſatum pendeat, præſertim tamen à finali pendet, vtpote quę à nulla cauſa pendet, & omnes alię pendent ab ipſa, originanturque & diriguntur in cauſatum. Quemadmodum igitur cauſæ omnes in cauſando effectum, à fine originantur, finis vero a nullo originatur; ita effectus cauſatus à fine præcipue originari debet, iuxta regulã; quicquid eſt cauſa cauſæ, eſt etiam cauſa cauſati; ſi finis eſt origo omnium cauſarum, ergo & effectuum origo eſſe debet. Ex ijs igitur clarum eſt contra Pererium, quod pace tanti viri dictum ſit, diſtinctionẽ practici, & ſpeculatiui ex obiecto formali proximè, remotè vero, & veluti radicaliter ex fine petẽdam eſſe. Ex quo item in promptu eſt ſolutio argumenti, quo ex euiſdem ſententia probauimus oppoſitum. Reſpondemus enim, quod practicũ, & ſpeculatiuũ proxime ex obie-

Vocatur Philoſophia contemplatrix veritatis, quia eius finis è veritas.

Finis eſt cauſa potiſſima.

cto potius sumuntur, obiecti vero distinctionem fines effici unt, non e contra; ex eo enim quod finis practicæ est operatio, sequitur obiectum, & scientiam esse practicam. Enimuero cum habitus, vel considerandi modus ipsius habitus sit gratia finis, qui est potissima causarum, ab eodem etiam originaliter distinctionem recipere oportet. Ex quo etiam singulare certamen inter grauissimos vtriusque diuinæ scilicet humanæque Sapientiæ Doctores euertitur. Græci enim quidam Aristotelis enarratores, & cum ipsis D. Tho. propter loca Aristo. putarunt distinctionem practici, & speculatiui à fine proculdubio esse petendam; Scotus verò, Antonius Andreas, & alij eiusdem sectæ Doctores ex obiecto in oppositum rationibus quibusdam contendunt, quæ in omnium ora versantur. At ipsi, tum ex obiecto, tum ex fine desumendam esse probauimus; à fine quidem tanquam ab origine, & prima rerum omnium radice; ab obiecto vero, sine quo distinctio oriens ex fine asseruari nunquam posset. Sed hæc satis. Practici, & speculatiui distinctio à quo sit sumenda.

Quem locum Mathematicæ inter Speculatrices Scientias vendicarint.

Controuersia V. Metaphisicalis.

QVANQVAM Alberti Magni Opinio fuerit scientias Mathematicas ordine naturæ post Metaphisicam ante naturalem Philosophiam locum obtinere; ordine vero doctrinæ e contra post Naturalem ante Metaphisicam statui oportere, quas tamen inferius tradidero conclusiones, veras esse puto. Alberti Mag. op.

Prima conclusio cum tergeminus scientiæ ordo inueniatur, cognitionis, abstractionis, ac demum præstantiæ, & dignitatis, Mathematicæ cognitionis ordine Naturalē, & Diuinam antecedunt facultatem. Probatur primum ista Conclusio ex re scita mathematice, etenim Mathematicæ scientiæ demonstrando principijs quibusdam vtuntur nobis, & Conclusio. Probatur cōclusio.

naturæ notis, quibus mathematicæ res primò certiores no-bis, & notiores euadunt; accidentia n. contēplantur quæ, vt cauſæ, naturæ nota dicuntur, vt vero accidētia magis nobis innoteſcunt. inſuper tū rõne rei cõſiderata, tū rõne modi con ſiderãdi notiores ſunt mathematicæ facultates, nobiſque fa-ciliores captu Rõne vero rei conſideratæ, quia in ſolo acci-dente verſantur, quo quid notius nobis? Ratione modi con-ſiderandi, quia non per ardua, & interna principia rerum co gnitionem perquirunt, ſed ex notis nobis incedunt, quibus cognitis terminis ſtatim aſſentimur. Maxime vero addiſcē-tis animus his Mathematicis expergiſcitur, & eleuatur ad al-tiores diſciplinas capeſcendas, vt Diuinus Plato in 7. de Re-pub. oſtendit in iuſſione illa ad Pueros in ſcientias incum-bere volentes præſertim vero Diuinas, Mathematicas quip-pe nouerat ad rerum contemplationem vti nobis faciliores maxime conducere. Hinc illud, Nemo Geometriæ expers huc ingrediatur.

Excitat, & promptior euadit animus Mathematicis diſciplinis ad altiores ſcientias acquirendas.

Secunda Concluſio. Mathematicæ ordine abſtractio-nis ſunt mediæ inter Diuinam, & Naturalem ſcientiam. Pro batur, quia Metaphiſicus penitus abſtracta contemplatur, Mathematicus vero abſtracta ſecundum rationem. demum Phiſicus neutro modò ſe habentia, ſed materialia penitus, conſiderat. inter vero ſimpliciter abſtractum, & ſimpliciter cõcretū medio modo ſe habent, vti sūt Mathematicæ, cur medium dici non poterit abſtractionis ordine? Hinc rectè Euſtratius Ariſtotelem adnotauit dicentem ſolas Mathe-maticas ſcientias abſtrahentes; ſolæ enim poſterius abſtra-hunt à ſito priori inter omnes ſcientias humano ingenio in uentas. Nam Metaphiſicus etſi rerum quidditates, commu-niaque prædicata inſectetur, & accidentia pariter omnia, ac tandem quicquid eſt, quatenus ens eſt percurrat, nunquam tamen ſimpliciter, & abſolutè, quemadmodum Mathema-ticus, accidens abſtrahit à ſubſtantia; cognoſcit autem acci-dentia, quatenus pendent à ſubſtantia dignoſci oportere, per eandemmet ſubſtantiam, & ab ea cognitione definitio neque pendere, & ijs ſimilia prædicata de accidentibus per-currit Metaphiſicus, quibus tamen accidentia non penitus ſeiunguntur à ſubſtantiæ conſideratione. Cum autem ita

2. Cõclu. Probat.

Conclu. ſunt mediæ inter Meth. & naturalē ſcientias Math. diſciplinæ.

sic habeant Mathematicæ, iure Plato in 7. de Repub. Geometriam nos ad veritatis fontem attollere, & ad primi entis agnitionem animum abstrahendo patere docuit. — Ad veritatis Fontē attollit nos Geometria.

Tertia Conclusio. Ordine dignitatis & præstantiæ Mathematicæ sibi postremum locum vendicant. conspicua enim & constans veritas hæc ex Aristotele lib. 13. Met. cap. 2. traditur; ibi enim entia mathematicalia priora ratione non essentia docuit esse. Priora vero ratione proculdubio censentur, non quia definitione, sic enim substantiæ præcedunt, sed ratione, quia facilius cognoscūtur à nobis; ratione etiam, quia prius abstrahuntur. Etenim abiunctum secundum ratione facilius, quàm cōcretum simpliciter, & omnino abstrahitur. — 3. Con.

Sed enim quæret aliquis, ecquidnam Aristotelem tam doctum & grauem Philosophum mouere potuit, vt modo substantiam, modo accidens ratione præcedere doceret? Nā in 7. Met. cont. 4. accidentia ratione locum cedere substantiæ docuit, hic verò 13. met. cap. 2. accidentia substantię præponit. Equidem, hac ratione iam tacta illum adductum fuisse credo; substantia enim ratione seu definitione à priori accidentia anteuadit: accidentia vero substantiam definitione à posteriori. Hactenus Mathematicarum ordo, quem hoc loco commemorare libuit. — Dubium. Solutio.

De Obiecto Intellectus humani adæquato.

Controuersia VI. Metaphisicalis.

NVNC paucis est inuestigandum, quisnam inter Doctores Obiectum intellectus nostri adequatum rationabilius ac dilucidius explicauerit. Sunt enim philosophantium Illustres quidam, & Sanctissimi Viri, qui dixerunt illud esse quidditatem materialis rei. Etenim in prima Parte suæ summæ quęst. 84. art. 7. Diuus Thomas, & super Boetium de Tem. quæst. 1. art. 1. sola, inquit, materialium entium natura intellectus nostri ambitu circundatur, & tegitur, quæ verò supra nos immaterialem — Opinio Diui Doctoris.

materialemè vitam degunt longiſſim à ſenſibus noſtris ſecreta ſunt, vndè naturæ viribus aſſequi non poſſunt. Putat verò ſe id facile demonſtrare eo quia, vt Ariſto. teſtimonio
1. 3. de Anima cont. 39. ſuadetur, intelligentem oportet phantaſmata ſpeculari, quæ non cadunt in abſtractis, ſed in ijs tātummodo, quorum notitiam medijs ſenſibus indagamus,
2. quòd materialia exiſtant. Sed & ipſam rationem hoc ſuadere apparet: potentia enim & obiectum ita proportionari debent, vt æquè abſtracta, vel concreta ſint. Cum igitur intellectus realiter corpori iungatur, & ſit ſola ratione diſtin-
3. ctus, obiectum etiam illius eodem modo ſe habebit. Idcirco nihil eſſe in intellectu perhibetur, quin prius fuerit in ſenſu, quia per ſenſum neceſſario intelligibilia tranſeunt, & ma-
Confirmatio. terialia eſſe oportet. Amplius autem ea ratione confirmat, qua Philoſophus 6. Diuin. cont. 2. ait, talem eſſe cognoſcentium ſeriem; qualis eſt cognoſcibilium ordo; at co-
Cognoſcibilia ſimplicis ſunt generis. gnoſcibilia ſunt triplici vnitate contenta, cum quędam ſint penitus materiæ commixta, vt entia caduca, quædam materię labem non admittant, ſed tamen illorum eſſe, & eſſentia diſtinguuntur, vt ſunt Angeli; quædam poſtremo, nec materiam admittunt, nec vllam in eſſe, & eſſentia ſecretionem patiuntur, vt Deus opt. max. Intelligentium igitur oportet talem eſſe numerum; ita vt corporea penitus percipiantur ſenſu, quiditates corporeorum intellectu, Angelus res abſtractas ſecundum eſſe conſideret, Deus vero Deo pleniſſimè compræhendat. Hiſque rationibus, ad quas reliquæ referuntur, D. Tho. ſententia roboratur.

Impugnatur D. Tho. opinio. Verum hæc opinio licet probetur à multis & defendatur; plurimis tamen rationibus vehementer oppugnatur.
1. ratio. Obiectum enim adęquatum eſſe nón eſt aliud, quam rationem formalem obiecti ad plura non extendi, neque cogno-
Quid ſit obiectū adęquatum eſſe. ſcitiuam potentiam plura complecti, quàm ratio formalis obiecti complectatur, tenentur enim comenſurata hæc ad inuicem eſſe: attamen materialis rei quiditas potentiam intellectiuam non ita æquare videtur, vt ad plura etiam immaterialium non extendatur. Deum namque Intelligentias, Rationalem Animā aliaque plura vere intelligit homo, & ex conſequenti ipſa materialis rei quiditas potentiam in-

intellectiuam

tellectiuam non æquat. Verum aut intellectus noster substã- 2. Ratio
tiæ separatæ cognitionem adipiscitur, aut non; si primũ di
xeris certè, materialis rei quiditas non erit eiusdem intelle
ctus adequatum obiectum, cum materialium rerum specu-
lationem pertranseat immaterialia attingendo; si verò secũ-
dum dicatur, vanas extitisse fateri oportebit, & in nihilum
tendentes quotquot ab Aristo: disputatæ fuere quæstiones
de abiunctis à materia, postquam ab humano intellectu ne-
queunt attingi. Deinde actus positiuus vnius potentię in op 3. Ratio.
positum proprij & adequati obiecti ferri non potest, at intel
lectus si pro adequato obiecto materialis rei quiditatem ha
beat in oppositum sui obiecti positiuo actu fertur, ergo fal-
sa est opinio illa; minor propositio patet. nam actus intelli-
gendi formam separatam oppositus est actui intelligendi
materialem formam. Quibus ita probatis, tollũtur facillimè
obiecta D. Tho.

In primis dicebatur intellectum oportere phantasmata
speculari, cui respondetur verum illud esse, vel immediatè, P.D. rationes diluuntur.
puta si obiectum sit materiale, vel mediatè, si obiectum sit
immateriale. Quando enim obiectũ materiale intelligimus,
illud immediatè per speculationem phantasmatum percipi-
tur; secus verò si obiectum sit immateriale, tunc enim tem- Quo pacto per materialia deueniamus ĩ cognitionẽ immaterialium vid. Iandun. in 7. Metaphi. quæst. 7.
poris non immediatè, sed mediatè, hoc est, per phantasmata
effectuum materialium immaterialia intelliguntur. Itaque
optimè possunt immaterialia contemplari per suos materia
les effectus, in quibus suo modo relucent.

Ad 2. non quęlibet proportio requiritur inter obiectum,
& potentiam, sed ea sufficit, vt vnum alterum non excedat,
nec ab vno alterum excedatur. eosdem quippè fines neces-
sariò habere debent.

Ad 3. autem dicendum nedum sensibilia, & materialia Immaterialia sub sensus perceptione sita sunt.
entia, sed etiam separata à materia sub sensus perceptione
posita esse priusquam ab intellectu obiectiuè accipiantur,
vel per se, vel per accidens, vel per aliud; materialia enim p
se; immaterialia vero vel per aliud, vel per accidens.

Ad postremam rationem sat esse constat, vt eorum oĩum
intellectrices potentiæ reperiantur, quæ intelligibilia esse
dicuntur.

vniuerſa apprehẽſa in quantum ſunt in actu, apprehendi dicuntur, quod tamen ens ſit formale obiectum, quod intellectus noſtri, vt ipſi dicũt, eſt ſatis ambiguum. Etenim ratio formalis entis quamuis in quolibet obiectorum intellectu perceptorum facilè inueniatur, & ſit ens omne quod apprehenditur intellectu, non propterea ſequitur quodlibet ens ſub quacunque cognoſcendi ratione quatenus ens percipi à nobis. Deus enim increatum, & infinitum ens ſub quacũque ratione cognoſcendi intellectu noſtro percipi non poteſt. Pari modo illorum Sententia non arridet, qui proportionatum obiectum mentis noſtræ ſtatuunt quiditatem rei compoſitæ ex materia, & forma. Proportionatum enim ſecundum doctrinam ipſorum dicitur obiectum, ad quod intellectus eſt in potentia naturali, id eſt, in quod ſuum actiuũ poteſt; at intellectus nedũ ad quiditates materialium dicitur in potentia naturali, ſed etiam ad alia immaterialium 3. de Anima 4. ergo &c. Hinc enim factum cenſeo, vt Ariſto. intellectum dixerit immixtum non vt imperet, quemadmodum Anaxagoras dicebat, ſed vt omnia percipiat, à cunctis enim ſub rationibus quibuſdã moueri dicitur. alioquin ab omnibus denudari non cogeretur.

Quorundã error detegit. Quid Proportionatum obiectum.

Immixtũ Intellectum cur dixit ſed.

Secus igitur Diſputationem dirimentes cum Alphonſo Epiſcopo Tolet. viro eruditiſſimo, dicendum videtur totũ ens finita terminataque cognoſcibili ratione perceptum, obiectum eſſe mentis noſtræ adæquatum. Cuius gratia obſeruandum eſt, ſubiecto ſcientiæ adæquato, quod propriè facultatis cognoſcentis obiectum appellatur, tres neceſſario requiri conditiones. Prima vt obiectum ſit adæquatũ, & genus ſcibile vniuocum, vel ab vno, quemadmodum Philoſophus 4. Diu. cont. 1. latè ſatis oſtẽdiſſe uidetur, aliquam colligendo eſſe ſcientiam, quæ de ente in quantum ens cõtemplatur, necnõ de accidentibus, ea, vt videor ratione qua vniuocorum tantum, vel entium ab vno definitiones, & demonſtrationes oſtendi poſſunt. 1.

Alphonſi Toletari ſententia vera.

Secunda vt ratione quadam formali vel limitatione, vt aiunt, præditum ſit, quæ formalis ratio rei intellectæ, & modus cõſiderandi dicitur, quoniam per ipſam obiectum vim habet actum intellectus terminandi, nec non ſcientiæ ſe pe- 2. 3.

nitus

eadem ratio finita cognoscibilis, quæ ponitur in Deo prout obijcitur (ex parte enim obiecti ratio formalis desumitur) petam aliudne sit à Deitate obiecta, vel identificentur. non primum quidem, ne compositio versetur in Deo. si vero secundum infinita erit, quoniam & ipsa Deitas infinita esse dicitur formaliter. non igitur sub ea ratione formali intellectum ens esse potest; Secus tamen si rectè aduertatur, res se habet, quàm oppositæ rationes istæ suadent; ratio enim finita cognoscibilis, vt indè incipiam, fundamentaliter, & tanquam in radice concepta, eadem est cum deitate ipsa, quatenus in obiecto fundatur, à quo dependet esse cognitum, & apprehensum, licet formaliter concepta alia sit à deitate ipsa; nec propterea vlla sequitur in Deo compositio, cum formaliter eidem non inhereat. Quo innixi fundamento postremam pariter dilui posse obiectionem putamus. Secundæ verò ita occurritur, finita ratio cognoscibilis infinito obiecto terminatiuè, vel obiectiuè sumpto non repugnat. nam non consurgit ex limitatione aliqua ex parte obiecti desumpta; sed ex parte tantū potētię concipientis formalitatem trahit. ideoque licet Deus sub finita ratione obijci non possit, nempe subiectiuè vt finitus intelligi, obiectiuè tamen nulla ratio vetat. recipitur vnumquodque per modum recipientis. ita secunda ratio aduersa tollitur, & etiam prior soluitur. dum enim ens sub ea ratione finita obiectum esse dicimus, statim improportionem quācunque euadimus obiecti ad potentiam. Neque enim quodlibet ens obiectum intellectus constituimus sub qualibet ratione apprehensum, sed sub certa, nempe terminata, vt superius dicebatur, cognoscibili ratione perceptum. Atque in hunc modum ab Aduersarijs Alphonsi sententia defendi potest. Soluuntur difficultates.

De Inhærentia Accidentium actuali, & aptitudinali.

Controuersia VII. Metaphisicalis.

DE Inherentia accidentium inter Peripateticos philosophātes non parua cōtrouersia viget. Iandunus enim 7. met quæst. 1. & Ioan. Baccon. in 1. sen dist. Iandunus Ioa. Baccon.

28.quæſt.prima art.3.loquendo de inherentia actuali ſecundum mentem Comment. & Ariſto.inhęrentiam eſſe dicunt de eſſentia accidentis ex tex.3.7. met.& 39.primi Phiſic. vbi traditur impoſſibile eſſe ſeparari accidens a ſubſtantia. De aptitudinali vero inhærentia Scotus in 4. diſt.12.q.1.quem Flandr.& Soncin.ſequuntur tria protulit dicta.Primũ Actualis inhęrentia re diſtinguitur ab accidente abſoluto, non autem à reſpectiuo; illud enim ſine inhærentia actuali eſſe poteſt,iſtud vero ſine fundamento ſuo nequit inueniri. Secundum aptitudinalis inhærentia non diſtinguitur ab ullo accidente, quia non poſſunt eſſe accidentia ſine ea. Tertiũ neutra tamen inhærentia eſt de eſſentia accidentis, nam habent ſuam propriam eſſentiam accidentia ſine vllo ordine ad ſubſtantiam. Cui opponi videtur Alber. magn. D. Tho. Auer. Alex. Caiet. & fere omnes huius ętatis Doctores.

Scotus. Cõtinua op. P.Doctoris & aliorum.

1. Conclusio. Sit igitur Prima Concluſio. Inhęrentia actualis,& exiſtẽtia accidentis licet idem re ſint, eſſentiæque eiuſdem identificentur,ratione tamen diſtinguuntur.Probatur quo ad primam partem.Accidentia enim vt quantitas,qualitas,& cætera huiuſmodi, habent propriam exiſtentiam,quoniã verè producuntur;deindein ſacra altaris hoſtia ſine ſubiecto manent actu; poſtremo quia propria genera habent differentias,& propriam naturam, ergo & propriam exiſtentiam cũ ſit actus formalis eſſentiæ & naturæ.Quod autem exiſtentia eadem accidentium ab inhęrentia actuali ſeiungatur ratione ex ſacramento Dominici corporis conſtat;exiſtunt quippe accidentia panis, & vini tranſubſtantiati,ſed tamen non inhęrent. Vnde modus potius accidẽtium,quemadmodum ſubſiſtentia ſubſtantiæ cenſeri debet inhærentia. Ratio autem cur nõ re, ſed ſola ratione diſtinguantur,ea ſufficiat, quia nulla cogit neceſſitas. Nec argumenta Scoti cogunt. vnum poteſt eſſe ſine altero, ergo diſtinguuntur realiter; Materia enim ſine forma eſſe nequit,Priuatio ſine Materia, Pater ſine Filio,hæc tamen realiter diſtinguuntur.

2. Conclusio. Secunda concluſio. Neq; exiſtentia,nequè actualis inhęrentia vel inexiſtentia, tam in veritate,quam in Ariſto.ſunt de eſſentia accidentis. Probatur primò quia inhærentia in-

trinſecè

trinſecè exiſtentiam dicit; eſt enim modus eius, at exiſtentia non eſt de eſſentia accidentis, ergo & c. Deinde Ariſto. 4. Phiſ. 58. petit an ſi in aliquo tantum eſſet ſonus vel color, an eſſet vacuum. Inquiſitio hæc, ait Scotus, nulla eſſet ſi actu inhærere eſſet de eſſentia accidentis, nam qui poneret accidens, ſimul poneret ſubiectum; diſtinxit ergo Philoſophus hæc ab inuicem, alioquin vana & futilis quæſtio fuiſſet, an in ſpacio eſſet corpus, & eſſet vacuum. Vnde ad Argumenta Aduerſantium reſpondendum eſt, ex eo quod non poſſit ſeparari accidens à ſubſtantia, non ſequi quod actu inhærere ſit de eſſentia accidentis. adſunt quippe inſtantiæ de materia prima, quæ non poteſt eſſe ſine forma, cum tamen nō ſit de eſſentia formę. Solutio rationū aduerſantium.

Tertia Concluſio. Eſſentia, vel natura accidentis conſiſtit in quadam habitudine ad ſubſtantiam; inhærentia vero aptitudinalis vno modo ſumitur pro aptitudine quadam inhærentiæ ad inhęrendum, in quo ſenſu paſſio non eſſentia accidentis eſt; alio vero mō pro radice, & fundamento vnde aptitudo illa fluit (pro eſſentia imperfecta accidentis, quę vocatur habitudo prima in potentia remota inhærentiæ aptitudinalis; hæc autem de eſſentia accidentis eſt, in qua punctum difficultatis viget. Pro cuius euidentia obſeruato diligenter, quod eſſentiæ rerum duplicis generis eſſe dicuntur; quædam enim perfectę ſunt, atqui in ſeipſis numeris omnib. abſolutæ ſine ordine ad aliud, vt ſubſtantiarum tum ſimplicium, tum compoſitarum ſeries. quædam è contra imperfectæ ad aliud eſſentialiter referuntur, vt accidentia præcipuè, quæ cum formaliter, & actu imperfectæ naturæ dicantur, radicitus fundamentaliterque aptitudines ſunt ad inhærendum, quatenus ab eiſdem paſſio ipſa formalis inhærentiæ tanquam à radice emanat. Hinc merito aptitudo inhærendi radicalis, vt ita dicam, non formalis de eſſentia accidentium vocatur, quia eſt ipſamet accidentium imperfecta natura, quæ habitudo prima dicitur, inhærentiaque aptitudinalis in potentia remota. Ita docuit Ari. 7. met. cont. 14. vbi ait accidentia non eſſe entia ſimpliciter quod eſt ſecundum ſe, ſed eatenus accidentia eſſe, quatenus ad ſubſtantiam ordinem habent. Hinc ens analogum attri- 3. Concluſio. Inhærentia bifariam ſumitur. Duplicis ſunt generis eſſētiæ rerū. Fulcrum Notabile in doctrina Scoti.

M 2 butionis

mistio ex Auerroe confictam, vt falsam, improbabilem, & absurdam, nedum Themistius, Simplicius, & Auerroes, sed & omnes fere qui fuerunt post ipsos repudiarunt, penitusq; reiecerunt. Quippe, vt recte obijcit Themistius, etsi rete nō eadem qua Piscator actione secundaria patiatur, primaria tamen actione, quæ dicitur agitatio retis, rete ipsum commoueri patet. vnde non passione quidem simili, qua Piscator, vere tamē agitatur rete; ac propterea ita de cœlesti corpore dicere contingeret, agitari scilicet intermedios orbes à stellis, vel à sole aliqua passione, quod est falsum. Sed illud valentissimum est ad eam opinionem euertendam argumētum, quod Auerroes assumpsit. Si enim impossibile est, vt aliquid moueatur ab aliquo motu locali mediante aliquo non moto à primo mouente, impossibile etiam videbitur solem locali motu distantem aerem mouere, quin agat consimiliter intermedia corpora ipsa: quare improbabilis prorsus est sententia Alexandri. Primũ. Secundũ.

Secunda Opinio, à Sole corporeo radijs prodeuntibus corporeis interceptum aerem moueri, pertransiri, collidi, atterique, ac ita calefieri Simplicius primum existimauit, dum à Sole radios corporeos docuit prodire, per intermedios orbes immaterialiter immaterialia corpora pertrāsire, aerem, qui poros habet penetrare, à solidisque corporibus reflecti ad æquales angulos, ac demum ita aerem incedere. Deinde vero addit ad influentias confugiendo, quibus ægritudines, sanitas, diuitiæ, paupertas, hisque similia comparantur influentijs cælestibus aerem calefieri à Sole; ita lib. 2. Cœli cont. 42. commen vero 29. Huius tamen secundæ opinionis confutatio tū ex eo patet, quod est apprime falsum Solis radios corporeos esse insequendo Philosophum; secus si Academicos eosdem corpora dicentes materiæ expertia insectemur. Sic enim & Lucillus Philalteus in 2. lib. coe. cont. 44. sensit lucem, radios, & lumen corpora quædam esse tenuissima per alia corpora meantia minus densa atque solida. In istam inquam conclusionem primam Simplicij vniuersè dici potest, eam esse admodum improbabilem, id quod liquido iudicatur ex eo quod Aristoteles in lib. 2. de Anima cont. 69. & 70. nec non in de sens. & sensib. ex propria sententia Sententia Simplicij. 2. cœli cont. 42. commē. 29. eiusdem confutatio. 1. Lucillus Philalteus. 2. de anima cont. 69. & 70.

tentia patefacit lumen radioſque ſolares corpora non eſſe, & Philoſophos primi nominis hac in parte ſicut in cæteris

Secūdū. habet aſſertores. Falsò inſuper tradit à Simplicio corporeos radios per meatus aeris;ac poros pertranſeundo aerem cale-

In aere non ſunt pori. facere. In aere enim vel hoc ſaltem poros non inueniri oſtẽditur, vt Ariſtoteles in de Ort. & Inter. quia ſi eſſet per eoſdem tranſeunte Sole nõ totus aer illuminaretur,ſed hæ tantum aeris partes ad quas per meatus perueniret. In quo etiã

Tertiũm. 6. phiſic. tit. 23. ſibimet repugnare videtur,qui cum in 6. Phiſicorum tit. 23. dicat lumen corpus eſſe,ac ideo per poros aeris nõ tranſire, ſed talia corpora,cum immateriale ſit,immaterialiter pene-

quartũ. trare,oſtendit conſequenter non per poros & meatus aerẽ penetratum calefieri. Neque vero ſimile videt,ſolem ipſum per influentias aerem calefacere,quia ex ſententia Ariſto. illud ſolum eruitur, lumine ſcilicet & motu agunt aſtra ipſa in mundo;vnde præter motum & lumen fruſtra influen-

Dominicus Banes in comen. 1. li. de ort. & inter. q. 14. tiæ illæ dantur, quas etiam confingere non erubeſcit,quantum ad hoc, Modernus quidam Theologus.

Præterea parum attinet hoc ad propoſitum, per influentias agere in orbem coelos. Nam ſolũ dubitatur quomodo Sol,tam magna coeleſtium male inter ipſum & aerem intercedente,eundem calefacere valeat. Simpliciũ igitur Ariſtotelis ſenſum non fuiſſe aſſequutum cogimur fateri;, præſertim vero qđ is nõ dixerit attritu radiorũ calorem lumẽque in aere fieri,ſed aeris attritu à motione ipſa coelorum.

Sentẽtia Auerrois. Tertia opinio eſt quorundam aſſerentium coelum eſſe totum quaſi vnum corpus atque viuens quoddam animal abſolutum; quod per vniuerſam eius latitudinem, tum præſertim per partem eminentiorem ac pręſtantiorem,cuiuſmodi Sol eſſe dicitur, aerem incendit;nõ ſecus ac homo lapidem corde iure dicitur mouere, quia inſtrumento manus virtute præſertim cordis lapidem mouet;ſic enim totũ coelum per lunæ orbem tangendo præcipuè ſolis virtute

Eiuſdem cõfutatio quaſi cordis in hæc mortalia operatur. Quę ſententia quantiis viri magnæ auctoritatis exiſtat, falſa tamen proculdubio videtur;dum enim totum quippiam alicuius principis partis virtute operatur, per intermedias pariter eas pars præcipua operatur, & agit, deferturque actio per illas,vt de animantis

mantis corde pariter constat; atqui vero Solis actio per intermedia corpora non defertur; agit nempe Sol motu proprio inferiora, quo tamen Solis motu coeli inferiores non mouentur.

Quarta Opinio calorem in aere effici à luminosis corporibus lumine ingenitum eius calorem excitãte. Hoc sensisse Philoponum tradit Theophilus Zimara Marci Antonij filius in 2. de Anima commen. 69. quæ itidem ab eodem ratione, & Aristotelis autoritate iure merito improbatur. Neque enim aeri, cum sit corpus simplex, calor vllus in altera parte innatus potest inexistere, qui à reliqua eiusdem corporis parte sit disiunctus, veluti in animantis agitatione se habet; in quo insitus calor agitatione sanguinis spirituũque accrescit. Neque Aristotelis mens ea fuit in 2. Coe. cont. 42. vt calorem aeris innatũ à lumine vellet super coelestium lationum excitari, ac ita aerem inflãmari; sed à corporibus coelestibus calorem in aerem gigni docuit, quemadmodum & lumen, & motus fiunt, non autem excitari. Sententia Philoponi. Eiusdem improbatio. Primum. Secundũ.

Quinta Opinio, Mathematicorum Sententia existimant nonnulli coeli radios lucida corpora esse, de quibus Ar. 1. Metheor. & 2. coe. Hi vero cum aerem attingant suo motu, eundem etiam, nomine motus Solis, calefacere dicuntur. Quorundã modernorum est huiusmodi opinio, quę tamen recte, vt arbitror, defendi non potest. Nam imprimis, rationi non consentit, quod Aristoteles motu Solis aerem calefieri dicat, per lationem Solis radiorum solummodo significando motum, quatenus eosdem corpora esse supponit. De hoc enim nullibi Arist. mentionem fecit. Deinde, an radij Solis corpora iure dicantur ad lib. 2. de coe. maxime attinere videtur. Cur igitur in alieno loco versabitur? Postea, fundamentis aliorum vti consueuit Aristoteles, dum nihil refert pro assignanda alicuius dogmatis causa; at pro assignãda caloris ipsius causa à Sole producti maxime refert corpora radios dicere. Nam si corpora non sint, moueri nullatenus poterunt, aut suo motu calefacere aerem. Quod si postremo textum illum Aristotelis deprauatum esse affirment (quod asserere grauissimi viri non erubescunt) vel Aristotelem ex propria sententia non loqui, tueantur, fugam po- Sententia Mathematicorum. Refellitur hæc sententia. Primum. Secundũ.

tius

flunt prodire docet. Idem insuper Sectio. 5. Problem. 54. habuit expresse.

Dubitat cõtra primã Conc.

Aduersus tamẽ hanc propositionem obijci posset quod Aristo. & Auer. omnesque communiter Philosophi lumen, nedum motus, calorem agere tradunt. Sed hæc obiectio facile diluitur. nam cum à lumine calor nisi ratione motus non pendeat, non à lumine causalitatem caloris, sed ab ipso motu pendere oportet. Enimuero in producendo calorem motus antecedit, lumen vero motum, quatenus per hunc attenuando & permutando aerem, vel vapores, agit, consequi videtur. Id quod 2. de Anima cont. 69. docuit Aristo. dum lumen non esse quippiam ostendit præter luminosi corporis pręsentiam: hanc enim motu ipso fieri quis ignorat? vnde Sextę, & Septimę Opinionis Auctores euertuntur, saltem quo ad eam partẽ qua lumini solum, vel principalius quàm motui vim calefaciendi attribuunt. Cum Aristo. ipse hic oppositum suadeat, nec non in 1. Metheor. ca. 4. & 5. Sectio. in super 5. Probl. 54. 2. de Anima 69. & 70. & 2. de Ort. & Inter. tit. præsertim 55. vbi Solem tradit, Astra, & Coelũ applicata, & lata per motum in situs diuersos operari.

Qũo lumen calorem producat.
2. De Anima cont. 69.
Confutatio sextæ & sept. opin. quas antè posuimus.
1. Metheo. cap. 4. & 5. & Problemã sect. 54. 2. de animæ tit. 69 & 70. 2. de gẽ. & cor. tit. 55.

Secunda Conclusio cum totius orbis communi latione aeris incensio, & æstus fieri contingat, tũ præcipue Sphæra in qua Sol est infixus vapores; ad quos pertingit radijs, per intermedia corpora calefacit; quia est magis propinqua nobis, & velociter mouetur. Est Aristo. hæc Conc. in eo cont. 42. cit. 2. de Coe. quoniam corpora, quæ incẽduntur exhalationes aëris esse dum à Sole eleuantur, vel ex eo facile dignoscitur, quia dum sursum ducuntur motum illius consequuntur, per quod facta fuit vaporis huiusmodi cõcretio. Quod ne videatur commentitium, equidem puto nõ aliter intelligi debere, ac Aristo ait 1. Metheor. cap. 4. dicens. Quãdo per stellam aliquam concretionem vaporis factam esse contigerit, ex qua cometæ producuntur, eadem latione, qua stella, cometæ mouebuntur. Atque hinc liquère potest illorum obiecta parui facienda esse, qui coelum maxime calefacere ea parte, in qua est Sol, falsum putant; quia si coelũ suo motu veloci aerem calefacit, hic motus ęquè velox est

Secunda Conc.
Sol præcipue calorem agit in inferiores partes.
2. Coe. cont. 42.
1. Metheo. c. 4.
Cometæ ex vaporibus concretis producũtur.
Error quorundam.

N in-

Cur ſoli magis incenſio attribuatur. in omni parte coeli,& cætera; Neque enim ob id præciſe ſolari corpori aerem calefacere tribuitur, quod velociſſime omnium moueatur, ſed quia inter ea corpora, quę citiſſimè ferūtur, vni ſolari globo exhalationes, quæ in aere fiunt, aeremque ipſum conſequenter radijs ad terram deductis incendere licet, atque ſurſum attrahere vapores.

Quo ſol per intermedios orbes aerem calefacere valeat. Cæterum, quia quod docuimus nō liquido conſtat apud omnes, cum adhuc illud ſit diſcutiēdum, quomodo ſcilicet motus ſolis tot intactis corporibus intermedijs aerem agitādo calefacere valeat; ideo quid in hoc, aut verum, aut probabile ſit, diligenter, pro inſtituta breuitate, expendendū erit,

Sententia Alexādri Aphrod. Ait itaque Alexander Aphrodis.& qui ipſum ſequuntur, non eſſe mirum ſi ſol medijs intactis orbibus calefaciat aerem, quia nonnulla agentia per medium aliquod agunt, quod non patitur illam paſſionem, quam alteri idem agens Exēplū. agendo communicat. vt ſolares radij per amphoram aqua plenam trāſeuntes, quod iacet poſt amphoram comburūt, amphora intacta. Non temere quidem loquitur Alexander; In quo deficit Alexander. ſed nihilominus illud, in quo huius difficultatis iaceat obſcuritas non explicat; quo videlicet pacto id fieri poſſe medio non tacto contingat.

TertiaCōcluſio. Duplex actio Solis. Propterea dicamus ab agente duplicem prodire actionem, quarum altera ſequitur primam naturaliter. A Sole enim ex.gr. illuminante emergit prius illuſtratio, tum vero calefactio ſubſequitur. Qua poſita actionis diſtinctione, dū quęritur, an quodlibet agens, dum in extremum agit, me-Nota dd. dium pariter contingere oporteat, id quod plerique Interpretum non agnoſcunt; dicendum eſt diſtinctione pręmiſſa ſi agēs primarię actioni operetur, ad extremum niſi medio moto, ac deferente actionē illā peruenire nō poſſe. At ſi loquamur de actione conſequente primam, ea ſane in extremum non cooperante, vel defferente medio ſi non eſt Caloris, & Lucis rationes ſunt diuerſæ. capax illius optime recipi poteſt. Terram enim non contingeret vllo vnquam tempore primaria actione illuſtrari Sole, niſi media conſimiliter corpora, pertranſeuntibus radijs, illuminarentur prius; at de calore, illuſtrationem conſequēte, ſecus eſſe dicendum ipſa duce natura eſt compertum. Intermedios enim orbes ſolare corpus extremo aere incenſo

radijs

radijs non calerefacit,quia huiusmodi Spheræ, & intermedia corpora secundariam hanc actionem recipere non valent. Quemadmodum in homine, qui mortalis est mundus, Torpedo ipsa primaria actione,quæ dicitur agitatio rete,& piscantis manum afficit,non autem secundaria, quæ stuporem est immittere, nisi manum agit. Dum igitur suspicatur, qua contingat via calorem ab extremo in extremum locali motu sine medio deferri,dicendum, tunc id fieri posse proculdubio, quando calor iste secundaria actione agere censetur, secus autē si primaria, vt superius dictum fuit,quoniā medium non est capax,& hæc agitur virtualiter.

Hinc obiecta omnia facile dissolues.Dubitatur enim præcipuèq; tam aeris digressio,& attritio, quam ignis eiaculatio per coeli motū haud fieri uideatur;nā corpus quod attrahitur aliud, illi contiguū esse oportet; cum ergo inter aerē & coelum intermedius ignis existat, non poterit à coelo aer immediatè atteri;neque etiam per medium ignem;tum quia ignis prius atteri deberet, quod nec Peripatetici dicūt, nec concedi posse videtur, cū ignis omniū rarissimum corpus existat;vnde non debet motu rarefieri magis;tum etiā, quia si coelum medio igne aerem atterere deberet, necesse foret ignem corpus solidum esse, hoc enim solum atterere potest, vel saltem aere densius. Eiaculatio vero à quonam fieri potest?nec enim ab ipso igne, cum hic motus violētus existat,& contrarius; nec ab alijs ignis vel aeris partibus,cū hæ non trahant pellantùe inferius;cum ipsæ non pellantur à coelo,vel coeli motu. Nam hic motus circularis est,& regularis circa centrum mundi,ita,vt neque ad vnam partem, neque ad aliam vergat magis. Deinde esto hęc aeris attritio, ignis eiaculatio motu coeli fiat, ac proinde aer ille superior igni coelo que vicinus calefiat; qui tamen fieri potest, vt inde coeli solisque motus caloris eius causa dici possit? Etenim vel calefacto illo superiori aere, & incenso per illius deinde continuationem in inferiorem aerem vsque ad nos hic calor generaretur. Sed huic obstat media Aeris regio, quæ cum frigidissima sit, vt Aristoteles fatetur, & pluuię,& nubes,& niues pariter ostendunt, non patitur aeris actione nobis communicari calor; vel certe illa prius calefieri de-

Soluūtur omnia obiecta.

Media Aeris regio frigidissima.

beret, vel superioris aeris calor ad nos deueniret per eiusdẽ aeris violentam in nos eiaculationem, sed hæc eiaculatiõ eodem prorsus modo refellitur, quo superior illa ignis. Demum si solis motu atteritur aer, cum hic motus sit vniformis, & non propellat magis vnam partem coeli quam aliã, æque omnes atterit. Attritione igitur illa ita aerem calefacit, vt incendat; & tunc aer totus luceret. Amplius liceat hanc aeris attritionem fieri; cum hic coeli, vel solis motus idem semper sit, & vniformis, eodemque modo aerem commoueat, etiam vbique, & omni tempore par calor fieri deberet; nihilominus maiorẽ interdiu quàm noctu, in meridie, quàm in ortu vel occasu, in æstate quam in hyeme sentimus calorem, diuersumque pro locorum diuersitate, vt patet cũ quædã loca perpetuis niuibus obrigeant, alia vero vehemẽtissimo calore ardeant. Quod si dicas id fieri, quia Sol huius calefactionis causa est per maiorem accessum, vel minorẽ, hoc facile diluitur. vniuersus enim terræ globus ad instar puncti respectu coeli ita se habet vt æque propinquus, & distans sit Sol in ortu, in occasu, in hyeme, ac in æstate. vnde æque aerem ignire, & disgregare debet. At vero si calor ex Solis motu prouenit, cur minus sentimus in locis opacis quam in apertis? Præterea, quamuis etiam cõcederemus coeli motu varium hunc calorem in aere effici, cur postea hoc solari corpori tribuendum erit? Primum enim cum hic motus calefaciat aerem disgregando & atterendo, corpus vero quod motu disgregat, & atterit attrito corpori contiguum esse debeat, nullo modo hæc aeris attritio in solem referenda erit, cũ inter vtrunque Veneris, Mercurij, & Lunæ orbes intercedant. Confirmantur demum omnia argumenta prædicta, quia si dicamus Solem nõn motu, sed lumine calefacere, & soluantur ita difficultates omnes, lumen enim à Sole, & aerem peruadit, & ad hæc inferiora descendit, & demũ per orbem lunæ pertransit. Contra, quoniam hæc omnia ex radiorum reflexione fieri, & per consequens per motum experientia & Aristotele docemur. His inquam obiectionibus, tribus Conclusionibus præpositis, & hunc in modum probatis tota difficultas tollitur, de qua hactenus dictum sit.

Calor maior est inter diu q̃ noctu.

Terra ad instar puncti respectu cœli.

An Materia Prima actus entitatiuus, vel existentia denominari possit.

Controuersia II. Naturalis

OCCASIO, qua hoc loco quæstionem istam suscipimus tractandam inde emersit, quoniam tum Doctores Theologi, tum Naturales magnam inter se contertationem excitarunt. Ex vna parte igitur. Quod repugnet quominus materiæ actus entitatiuus dijudicari debeat, hisce rationibus comprobatur. Nullus imprimis reuera est actus entitatiuus, qui nec sit per se existens, nec informans. Deinde ille minus recte philosophatur, qui accipit actum entitatiuum pro re, vt actu existente, quia abutitur verbo entitatiui. Actus enim entitatiuus is solus dijudicandus est, qui ad entitatem pertinet; at entitas natura sua existentiam antecedit in rebus creatis, in quibus tantum dari potest distinctio actus, & potentiæ. Postremo materia, etsi antequam existeret erat in potentia obiectiua, vt Scotus ait, vbi tamen primum extitit per creationem, tum primum esse cæpit sub actu existentiæ; at nunquam per creationem consequuta est, vt esset formaliter ipse actus existẽtiæ, aut compositum quippiam ex potentia, & actu existentiæ. quare neque consequuta est vt esset actus entitatiuus, nec compositum quicquam ex potentia vlla, & huiusmodi entitatiuo actu.

1. Arg.

2.

Actus entitatiuus quinam dijudicari debeat.

3.

Materia per creationem actum entitatiuum non consequitur.

Non est tamen cur hæc argumenta nos mouere debeant quominus cum Scoto, ac pluribus aliorum hac in parte sentiamus actum entitatiuum materiæ primæ proprie conuenire. Quod vt planum fiat explicandum est prius qui nam sit actus entitatiuus, & quæ existentia ipsa, quæ item existẽtia propriè, quæue lato vocabulo sumpta. Actus entitatiuus est ratio formalis qua cuilibet enti extra nihil, & præter suã causam conuenit existere. hoc enim principio veluti intrinseca ratione propria vnumquodque quo extra nihil est, & extra causam suam, eo actum entitatiuum dicitur habere,

Refellit horũ Sententiæ.

Quid sit actus entitatiuus rerum.

siue

Relatio inter actum & potentiam. siue materia sit, siue quodcunque aliud entium. Decet quippe multum vt potẽtiæ passiuæ rei factibilis, quæ est ipsamet potentia actiua agentis vt dicetur infra actus eiusdem rei (propter relationem potentiæ & actus) correspondeat ad extra. Actus existentiæ est ratio formalis cuilibet enti perfectè existendi atque cõpletè extra proprias causas. hoc enim pacto existentia, & iure, actus formæ esse dicitur, quia forma habet perficere, & specificè rem ipsam terminare. Verũ quia vterque actus entitatiuus, & formalis, seu existentiæ res existere facit, extra enim causas reperiri, & extra causas, vt perfectum, & completum reperiri non inueniuntur absque existẽtia; immo res perfectè, vel imperfectè existunt, quia extra causas perfectę vel imperfectæ reperiuntur, inde factum est, vt existentiæ nomine actum entitatiuum nõnunquam, actũ vero formalem semper intellexerint doctores. Propriè enim loquendo existentiæ actus est, quem supra docuimus, quando videlicet res extra causas complete & perfectè inuenitur. Nec tamen immeritò putarim ego actum entitatiuum existentiam aliqua ratione, & secundum quid vocari. Quarundam enim rerum natura & esse ita inuenitur, vt si cum vniuersali natura rerum, quæ est ordo vniuersi secundum se conferantur, imperfecta sint, & veluti dimidiata entia propter carentiam rationis perfectè existendi prouenientis à forma. si tamen in se, & ratione propriæ naturæ, & gradus considerentur, quoniam statim extra causas existentes id totum habent quod sibi pro tali esse reali decet, quis negabit quodammodo existẽtiam habere? Actum entis esse? Huiusmodi est materia, quę non est in potentia ad seipsam, immo est ens extra suas causas, & substantia quædam in actu, nempe entitatiuo. ex quo etiam factum puto, vt eiusdem potentia accidentaliter dicatur de ipsa, quoniam videlicet in se nõ indiget, vt sit materia actu habitudine ad aliquam formam. Habet. n. actum entis, qui entitatiuus proprie, quoniã entis est, vocatur; impropriè vero existẽtia, quatenus ponit extra causas, licet non eo modo, quo per formam ipsam cõtingit. hoc enim composito solùm propriè conuenit, quod hoc aliquid sit, quasi per se existens beneficio formæ.

Quid sit existentię actus. (margin, beside "extra. Actus existentiæ")

Quid sit existentia propriè sumpta. (margin, beside "vero formalem semper")

Quid sit existentię actus impropriè. (margin, beside "Habet. n. actum entis")

His positis nullo negotio colliges Materiam habere actũ

entitatiuum

entitatiuum propriè, existentiam verò impropriè dictum. Primum facile probatur, quia primus actus entis, qui est esse extra causas, & non per formam, entitatiuus simpliciter iurè censetur. atqui Materiæ primæ hic actus conuenit, ergo habet actum entitatiuum dictum. Maior propositio patet, quoniam non est formalis, quod non pendeat à forma, ergo entitatiuus per sufficientem partium enumerationem. Minor probatur Aristot. testimonio primi Phis. cont. 80. & 81. asserentis materiam primam esse ens per se, per accidens vero non ens. Dices, esse ens per se in potentia. Contra, quia in hoc potentia ab actu differt, quod actus dicit esse, vnde ens, potentia vero non esse, sed posse esse; ergo cum dicat materiam ens per se, ad actum, non ad potentiam, referre debemus Aristotelicam loquutionem. Hunc igitur actum, entitatiuum, vocare licebit, cum sit entis actus. Et confirmatur Aristo. testimonio 1. Phis. cont. 69. vbi ait materiam primam non esse priuationem, sed ens per se, licet imperfectum, ex quo sic; efformatur ratio. Priuatio non est nihil; quia cum principium naturalium entiũ existat, quatenus omne quod fit, ex aliquo fit 1. Phis. 33. ens esse oportet, sed in potentia non actu: in hoc enim à materia distinguitur; Materia igitur cum à priuatione tanquam à pura potentia distinguatur habebit aliquem actum ex se ipsa; hũc vocamus entitatiuum, quoniam actus entis est. Preterea ex eodem Philosopho 1. Phis. cont. 52. & 66. materia principiũ est, à forma priuatione que distinctum, ergo per actum aliquem distinctum, non quidem formæ, à qua de se distinguitur, neque priuationis, cum sit pura potentia admixta non enti, ergo suimet. Ad hęc 8. Diuin. cont. 3. & 4. Materia vocatur substantia, ergo per actum aliquem substantiæ latentem in seipsa; vnumquodque enim quod est, per id, quo est, tale esse dicitur; hoc autẽ est actus proculdubio. Postremo eiusdemmet 8. met. cont. 3. & 2. de Anima 2. idẽ comprobatur, inquit enim materia definiendo; subiecta materia scibilis est per analogiam ad materiam artefactorum; sicut enim se habet materia artefactorum puta æs ad statuam, lignum ad lectum, ita se habet materia rerum naturalium ad formas, iam vero materia arte factorum, priusquam formas suscipiat, cum informis est vacua-

que

[Margin notes:]
Materia hẽt actum entitatiuũ & existẽtiæ.
1. Phis. 80. & 81.
1. Phis. 69.
Priuatio non est nihil.
8. Diuin cõt. 3. & 4.
8. met. 3 & 3. de anima 2.

queā ab omni forma artificiali, in potentia vero ad omnes, non tamen omni prorſus eſſe, & actu uacat, ita vt ſit in potentia ad ſe, immo ad formas tantum in potentia in potentia eſſe dicitur. Cum ergo materia prima ita ſe habeat, non omnē actum, ſed formalem tantum excludere oportet: actū enim entis proculdubio de ſe habet. Idcirco 12. met. hanc doctrinam innuendo docuit Ariſt. cont 14. materiam eſſe hoc aliquid. Cui etiam accedit ſententia lucidiſſimi Themiſtij in aurea ſua digreſſione in 1. lib. Phiſic. aſſerentis materiam eſſe ens per ſe exiſtens, denotando, actum aliquem natura propria forma dempta forma ſibi conuenire; ac propterea entitatiuum vocare libuit, quoniam à forma nō pendet, nec exiſtentia propriè vocitari poteſt. Quod poſtremo probo, & eſt Secunda concluſionis particula. Nam exiſtentiā modo prædicto Theologi omnes, & Philoſophi formalē actum vna voce dix actum vna voce dixere, non quia à forma, tanquam à formali principio, prodeat, ſed quia forma immediatè, quemadmodum actus formalis, fluit taquam à ſuo efficiente, & productiuo. Ita ſæpe D. Tho. modo cōprobatū eſt à nobis materiæ actum, quo materia dicitur, à forma non pendere, præſertim quod eandem non conſtituat in eſſe prę ter cauſas completo, & perfecto ſpecificè ergo actus materiæ non poteſt propriè dici exiſtentia, ſed impropriè tantum ratione nuper relata, exiſtentia videlicet, parum latius ab utendo.

Materia prima actum formalē excludit. 12. met. cont. 14.

Themiſtius i ſua digreſſ. 1. primi phiſ.

Secunda Concluſionis particula probatur.

Exiſtentia eſt actus formalis.

Quibus ita conſtitutis, ſequitur nunc, vt tria illius Sententiæ prioris, quæ eſt Petri Fonſecæ, firmamenta demoliamur. Prima igitur ratio ita ſoluitur; quemadmodum gratis ea propoſitio aſſeritur, omnis actus entitatiuus eſt p ſe exiſtens informans, ſi tamen propriè de exiſtentia, & informatione loquamur, ita de facili reprobatur, nam inter actus per ſe exiſtentes, & informantes ſolus formæ actus enumerari debet, qui per ſe, & ſpecifice res exiſtere facit, ac propterea exiſtentia abſolute vocatur; actus vero entitatiuus cum tranſcendat omne genus eſt ipſamet res, prout habet eſſe præciſè extra ſuas cauſas, ſiue per ſe exiſtat, ſiue nō parum re fert.

Reſpondet Argumentis Petri Fonſecæ in 1. met. ca. 7. quæſt. 3. ſect. 7.

Solus act' formæ eſt informās, & p ſe exiſtens.

Ad 2. Sequitur ſecunda ratio petita ex Sco, 2. ſent. diſt. 12. quæſt. 1. quaſi

1. quasi ipse acceperit actum entitatiuum pro re actu existente: sed si locus iste Scoti rectè perpendatur parum, istius iuuat sententiam. & si enim actus entitatiuus faciat rem actu existere, latè existentiam sumendo, prout ponit extra causam præcise, quia tamen non facit existere formaliter, quod est esse determinatum, & completum essentialiter, propriè existentia vocari non debet, quia est actus formalis. Præterea nunquam docuit Scotus actum entitatiuum ad rem pertinere, quatenus res existit, quoniam ita significatur existentia simpliciter, quæ tantum composito conuenit, ratione formæ; sed quatenus est actus primus rei ipsius inquantum ens est, primo enim & immediatè sequitur ens, & propterea entitatiuus simpliciter vocatur; licet postea latè sumendo existentiam, existentia quandoque dicatur.

Actus entitatiuus facit existere, sed non formaliter.

Actus entitatiuus è primus actus entis.

Tertia item obiectio facile dissoluitur, nam, quicquid sit de potentia illa obiectiua, quam mox aggrediemur, etsi per creationem materia statim existat sub actu entitatiuo, qui est esse extra causas, non tamen existit sub actu formali, qui est extra causas, vt completum, simpliciterque determinatum repperiri. Etenim saltem prioritate naturæ ipsum esse extra causas, quod est actus entitatiuus vi creationis consequutus antecedit actum formæ, quatenus prius est ens esse, quam ens determinate, & complete esse.

Ad tertiū.

Nullam esse Potentiam obiectiuam à vi actiua, & passiua realiter seiunctam ostenditur.

Controuersia III. Naturalis.

HENRICVS Magnus Theologiæ Doctor, à quo Scotus clarissimus 1. sent. distin. 12. desumpsit in quolibetalibus suis disputationibus, præter potentiam, quam actiuam, & passiuam operandique principium vocare sapientes, aliam quandam superaddidit aptitudinem obiectiuam, qua vnumquodque non-

Sententia Henr. de potentia obiectiua

O dum

dum exiſtens, poſſibile tamen eſſe, in potentia conſtitui dicitur obiectiua.

Sentētia oppoſita, & ſecurior Thomiſtarū.

Soncinas è conuerſo pro ſchola Thomiſtarum in quæſtionibus metaphiſicalibus libro 7. huiuſmodi potentiam obiectiuam non agnoſcens ab actiua, & paſſiua potentijs ſecretam, ita potentiam ſecari oportere credit, vt rerum vniuerſarum quædam in aptitudine lateant agentis naturalis, cui paſſiua naturalis illico reſpondet, quædam in potentia Dei ſupernaturaliter agentis, cui in re creata nulla correſpondeat potentia paſſiua naturalis, ſed obedientia quædam. Præter hanc inquam potentiarum ſectionem nullā aliam omnino recepit potentiam obiectiuam. Sane ab inuicem parum diſtare ſaltem quo ad ſenſum videntur huiuſmodi ſententiæ, niſi quod Theomiſtarum ipſè loquendi modus tutior videtur; nempe vt Soncinas peregregiè ad notauit, diſtare ab inuicem videntur hæc duo, hoc eſt poſſibile obiectiuum, & hoc eſt in potentia obiectiua. Priori enim ſenſu producibile obiectiuū illud eſſe aſſeritur, quod poteſt recipere eſſe per aliquam potentiam actiuam, poſteriori vero ſignificatur in ipſo producibili potentiam aliquam eſſe realem, à qua poſſibile (quod eſt falſum) denominari poſſit. Illud porro quod Scoti inſectantes tradunt in potentia eſſe obiectiua, Thomiſtæ in potentia actiua agentis eſſe dicunt; ex eo namque conſtat obiectum quippiam poſſibile vocari, quod ipſum agēs poteſt operari; nec vlla alia ſuperaddenda eſt realis aptitudo; quippe ſola non repugnantia terminorū ſufficere videtur; quemadmodum per flores poſſibiles apparere, intelligitur inter flores, & ipſum apparere ſeu germinari nullam eſſe repugnantiam, quę repugnantia non eſt potentia realis, ſed logica tantum aptitudo dicitur. Præterea, Scotus in eodem ſubiecto receptiuo alicuius formæ duo plane ſtatuit; primum, paſſiuam ipſam potentiam, ſecūdum quam poteſt ſuſcipere formam, & hanc eandem eſſe cum ſubiecto, realiterque à forma ſeiungi docet; ſecundum vero in eodem ſubiecto, vel materia potentiam aliam obiectiuam conſtituit, quatenus & in ipſa materia poteſt eſſe forma, & agentis naturalis actione educi ad actum; hanc autem potentiam dicit eſſe formam produ-

Poſſibile obiectiuū & potētia obiectiua.

Concili ātur in parte opiniones Scot. & Tho.

Duplicē potentiā Sco. ponit in eodem ſubiecto.

producendam ab agente; & vocat obiectiuam, quia produci potest. manent autem potentia passiua, & obiectiua distinctæ, quia passiua subiectum transmutabilitatis, obiectiua vero terminus à quo vocatur. Insuper, quia potentia passiua realiter à forma disiungitur, obiectiua vero eidem realiter coniungitur, & identificatur.

Potentia obiectiua & subiectiua distingnuntur.

Cæterum, hæc opinio, licet magnis ducibus innitatur, minime tamen probabilis videtur. Nam vel obiectiua ipsa potentia magno iure reprobatur, & è medio tollitur, vel potentiæ actiuæ, aut passiuæ identificatur. Et probatur hæc Conc. primò quo ad primam partem. cum enim plura de actu, & potentia disseruerit Aristo. 5. met. cont. 17. & 1x. met. cont. 2. & 2. de Anima cont. 6. alibiq; sæpe, nullum tamen verbum (vt visu facile est) de potentia obiectiua facit. neque locum quæso obijciat Sco. 1x. met. cont. 13. & 2. de Anima cõt. 5. vbi asseritur in eo genere actum, & potentiam versari oportere, & hoc de actu entitatiuo, potentiaq; obiectiua solummodo verificari posse, quatenus hæc duo præcise realiter idem sunt, quod in alijs accidere neutiquam potest, vt patet in anima principio operandi. cuius actus cum in genere qualitatis sint, ipsa tamen in genere substantiæ collocatur; nam sic dicentibus facile respondetur, asserendo in eodem genere actum, & potentiam versari, si potentia sit passiua, actus vero primus, cuius generis corpus, & anima in eodem genere posita esse dicuntur; non autem valet in potentia, & actu secundariò, quorum nulla est proportio. At auctoritatibus rationes addamus. Periti nonne in eam vnanimes sententiam pedibus descenderunt, à qua dimouere nullus nunquam potuit, quòd scilicet absque summa necessitate & nisi maxime vrgeamur, intra multiplicari non debent? Ita sanè. Modo conditiones quotquot obiectiuæ potentia tribunt Scotistæ ad vnam actiuam potentiam agenti snaturalis, vel supernaturalis ita referuntur, vt obiectiua frustra statuatur secreta ab actiua (& est probatio etiam secundæ partis.) ergo obiectiua potentia ab alijs redistincta concedenda non videtur. Minor propositio ijsdem quibus sententia Scoti argumentis communitur. Docet quippe Scotus per potentiam obiectiuam res in esse possibili, licet nondum

Sentẽtia Henrici, & Sco. cõfutantur.

Aristo. 5. met. cõt. 17. & 1x. met. cõt. 2. & 2. de Anima cont. 6. 1x. met. cont. 13. & 2. de anima cont. 5.

Solutio rationis Sco.

Adduntur rationes auctoritatibus. Prima.

Omnes conditiones potentiæ obiectiuæ in potentia actiua reperiũtur.

ſint, neceſſario collocari. atqui eodem modo prorſus quod eſt in potentia agentis, licet nondũ ſit, poſſibile eſt re ipſa generari, & eſſe, ergo vel fruſtra datur potentia obiectiua, vel ſine ratione ab actiua realiter & vllo pacto diſtinguitur.

ſecunda. Potentia obiectiua nihil ponit i eſſe.

Quod rurſus alia ratione ſuadetur; Ex eo ſiquidem conſtat illam potentiam obiectiuam in eſſe nihil ponere, quod nulla res prorſus ad ſeipſam in potentia eſſe dicatur; quia quid piam fingere oportet quod ſit in potentia, & aliquid aliud ſe iunctum ad quod in potentia eſſe dicatur, ſi tamen recta ratione probeq; & conformiter naturæ rerum philoſophari

Tertia.

velimus. Ad hæc, vt Socinas optime tradit, quid eſt aliud poſſibile illud obiectiuum præter id, quod obiectum alicuius realis potentiæ actiuæ, vel paſſiuę eſſe poteſt? Certè potentia illa aut eſt ipſummet obiectũ, aut aliud ab obiecto, non primum quidem, cum non ſit aliquid à ſeipſo producibile; ergo aliud. at potentia, cuius obiectum eſt producibile, principium quoddam eſt per quod obiectum nondum exiſtens eſſe poteſt; & omnia principium quo res nondum exiſtens poteſt eſſe potentia actiua, vel paſſiua dici debet. hinc Cœlum plerique, antequam fieret, dixere, & merito quidem, obiectiuum poſſibile denominari potuiſſe ab ipſa duntaxat potentia Dei actiua, non autem quod Aſtri ipſis producendis præter non repugnantiam potentia aliqua ineſſet. Quamobrẽ igitur præter actiuã, & paſſiuã, nulla reperitur alia potentia. Quorſum igitur reſiſtentia vel reſiſtitiua potentia, quam tot vicibus in naturali philoſophia perſequutus eſt Philoſophus? Sane vis reſiſtitiua eſt potentia quædam naturalis à potentia tamen actiua, niſi forte ratione, non ſecernitur omnino. Aqua enim, vt exemplo vtamur eadem prorſus frigiditate qua in ignem reuocatur; & ſurgit reſiſtit, calorem nempe eiuſdem retundendo, ne corrumpatur. Vnde eademmet frigiditas actiua dicitur, quod in ignẽ agat, & reſiſtitiua, quatenus ignis actionem mutuam repellendo retundit. At obijcies ex Ariſto. in 2. de Ort. & Inter. in principio humiditatẽ ſiccitatemque paſſiuas qualitates dicere, cum tamen ſint reſiſtitiuæ, non igitur ad actiuam potentiam reſiſtentia refertur.

Cœlum antequã fieret erat in potentia obiectiua.

Obiectio de reſiſtentia. Solutio.

Inſtantia ex 2. de Ort. & in ter. i init.

Dilutio.

Alterius negotij difficultatem tangit obiectio iſta, quam hic

hic pertractare parum ad propositum facit. veruntamen, quantū obiter respondere cogimur satis sit, qualitates prædictas actiuas esse, ac propterea vim habere repellendi; passiuæ nihilominus appellantur, quod in ipsis veluti in caliditate, & frigiditate actio ita manifesta non appareat.

Hæc in gratiam ante actæ discussionis subintulisse placuit, ne cuiquam ansa daretur existimādi nos in eas penitus Scoti sententiam versari, tum actum entitatiuum materiæ primæ, tum obiectiuam potentiam eidem conrespondentem realiter ab actiua, & passiua distinctam, propter mutuā actus, & potentię relationem, quam non admittimus hac in re, concedentes. Ex quibus satis constare censeo, vel obiectiuam potentiam ipsam nos rebus adimere oportere, veluti superfluam, vel certè ab actiua, & passiua aptitudine non esse repellendam, vt Henricus, & Scotus perperam dixere, quorum sententia ita repudiata relinquatur.

Logicam non esse scientiam Realem, neque Rationalem, sed ad Artem redigendam esse, probatur.

Controuersia I. Logicalis.

PRISCI illi sapientiæ amatores Philosophiam semper venerati sunt, tanquam spiritualem quandam Mundi imaginem, quá Vniuersum mundum singulasq; partes eius egregiè, & perfectè contemplabantur. Vniuersam vero Philosophiam in tres precipuas partes secarunt, in Speculatricem, Ciuilem, & Rationalem; ac proinde logicam, vt pote, quę in ente per intellectum elaborato versatur, & Philosophiæ pars existat, scientiā esse tradiderunt. Ita Stoyci, nempe Zeno Cittieus, Crysippus, Apollodorus, Diogenes, Eudromus, Possidonius, quos ex Peripateticis, plures Latinorum sequuntur, tradiderunt. Inde vero Alcinous de Doctrina Platonis Philosophiam trifariam dispertitam habet, nempe in Rationalem, Ciuilem, & Speculatiuam. **Sententia Veterum Stoicorū de partitione sciētiarum.**

Quæ sanè sententia, si diligenter inspiciatur, approbanda nullatenus videbitur; Logica n. nec pars Philosophiæ realis, **Reprobatio eiusdem.**

nec

Logica non est scientia sed scientiæ instrumenta pſequitur.

nec rõnalis, aut sciẽtia illo pacto censeri debet, cum solummodo in instrumẽtorũ nuda constitutione sciẽtijs & artiũ vsui deseruientium versetur, propriè vero sumptas causas, affectionesq; & principia sui subiecti ita non percurrat, vt de ipso scientiam consequi valeamus. Adde, quod non in se naturalis, vel in certa cognitione intellectiua rei necessariæ per demonstrationem degit, sed potius in se per solam rationem conficta, quam, vt dixi, neque contemplatur vt est, vel quatenus illius pars est quod vere est, sed tantummodo vt instrumentum assequendi aliud. Cum enim Ens rationis tergemina acceptione sumatur (in quo Stoici quam maxime errarunt) primo, vt modo quodam ens; secundo, vt per rationem ens; postremo, tanquam instrumentum pro explicandis ijs, quæ verè sunt; Metaphysicus ens rationis priori modo rimatur, nam in eo subiecto contemplationem agit diuinus quod ens est quatenus est. Etsi enim tanquã subiectum proprium id solum consideret, quod per naturas est, nihilominus per comparationem ad illud, quod vere est ea pariter speculari tenetur, quę per rationem sunt, tum quia ens rationis ab ente reali suam necessitatem habet, tum quia nedum necessitatem, sed & ipsummet esse ab eo quod vere est desumit, neque etenim ens rationis pura fictio est, aut commentum, sed fundamẽto aliquo innititur reali, & quod vere est. Mox in secunda acceptione ad animasticum spectat ens rationis. Nam quid sit ens rationis quatenus tale, quæue causę illius, proprietates, & alia sibi conuenientia Logicus minime percurrit, sed Phisicus. Vnde superest, vt tertia entis rationis consideratio, quatenus scilicet instrumentum sciendi minus Logicę facultatis existat. Cum igitur Logicus non speculetur ens reale, vel rationis, nisi quatenus instrumentum sciẽdi, quomodo logica poterit realis scientia vel scientiæ pars, Philosophia, vel Philosophiæ pars dijudicari, vel etiam rationalis? si tamen rationalis scientia nuncupanda sit; quæ circa ens rationis obiectiue tantum in intellectu habens esse, quatenus rationis versatur. Logica enim non percurrit ens rationis, quatenus rationis, sed quatenus instrumentum; re autem considerata, & modo considerandi consurgit propria conditio, & natura faculta-

Entis ratio tergemina consideratio.

Ens rationis ab ente reali necessitaté habet.

Ens rationis vt instrumẽtũ notificandi aliud ad log. attinet.

Logica circa ens rationis obiectiuã sumptus versatur.

cultatis: vnde potius instrumentaria, quam rationalis erit, q̃d quomodo fieri cõtingat nunc dica. Sed obiter cuiusdã Recentioris errorem animaduertere debemus asserentis facultatem Logicam eo rationalem dici, quia est de secundis intentionibus, cum tamen constet omnibus, quod non negauit ipsemet, instrumentum à quo specificatur logica tanquã à modo considerandi, & ab alijs entis rationis considerationibus distinguitur Logicæ considerandi modum, vel obiectum formale suo modo esse. Nam ens rationis per relationem ad propriè dictum ens, ad Metaphisicum attinet; quo ad suum esse, & productionem ad Phisicum; tandem ad logicum, quatenus instrumentum. Redeundo vero ad propositũ nostrum, cum Logica ens rationis, quatenus instrumentum consideret, quomodo scientia rationalis dicetur, & nõ potius facultas instrumentaria scientiarum; facultatem latè sumendo? verum fac sit de ente rationis quatenus rationis est præcise, nec propterea sequitur, scientiam rationalem esse. Quando quidem scientia in eo quod est, vt versetur oportet; etenim non ens caret natura, principijs, & affectionibus. Patet autem omne quod est, vel vniuersaliter considerari, vel in particulari, si priore modo pertinet ad Metaphisicum ens late, & vniuersaliter sumptum percurrens; si secundo modo vel est ens rationis vel naturæ; si secundum pertinet ad Naturalem, vel Mathematicam; si primum, cum ens rationis non sit verè ens, nec scientiam verè & propriè constituit. Qua igitur ratione Logica etiam si de ente rationis, vel secundis intentionibus formaliter ageret, quod est falsum, scientia rationalis dici potest? si scibilem materiam subiectam verè, & propriè non habet? De scientia. n. ęquiuocè sumpta, & secundum latam acceptionem nulla fit disputatio, quoniam nullum est ens, nec vllam habet materiam. Et hic pariter lapsus est Modernus idem qui supra asserendo tum ad mentem Stoicorum, tum ipsiusmet Aristotelis idem esse in conceptu atque omnino coincidere hęc duo; Logica est instrumentum, & Logica est rationalis. Inquit. n. vt (verba ipsius ad verbum referam) Aliqua facultas dicitur rationalis, quatenus agit de orationibus, quæ alijs „ inseruiunt scientijs, ad quem sensum erit admittendum Lo „

Error Ludouici Cartarij in lib. de Pri. Principijs. vniuers. Log. par. 85.

Logica non est scientia rationalis

Alius Cartarij error.

gicam

„ gicam eſſe rationalem, ſed ſic dicentes, nil aliud dicunt quã
„ logicam eſſe habitum inſtrumentalem, ſcientia n. rationalis
„ modo dicto ſumpta, & habitus inſtrumentalis coincidunt,
Habitus à fine ſpecificant. quare tantum in verbis erit differentia. Et hæc dicta ſint ad mentem Ariſtotelis. Hæc ille. Accipio ego habitum à fine ſpecificari oportere, ſaltem quoad originem ſpecificationis, ac ita argumentor contra. cuiuſcunque habitus finis eſt conſtitutio inſtrumenti, inſtrumentum eſt. at Logicæ finis parte eſt conſtitutio inſtrumenti, ergo Logica eſt inſtrumentum. Rurſus. Cuiuſcunque habitus finis eſt contemplatio entis rationis formaliter ſcientia rationalis eſt; Logicæ finis eſt cõtemplatio entis rationis formaliter, ergo Logica eſt ſcientia rationalis. Videamus autem ſi coincidunt hi duo Syllogiſmi, ſi vnam & eandem concluſionem inferunt, & tunc vnum & idem erit dicere, Logica eſt inſtrumẽtum, & Logica eſt rationalis ſcientia. Vnde nam identitatẽ, vel diuerſitatem Syllogiſmorum huiuſmodi ſumemus? ex medio proculdubio, & modo applicandi illud; ſi mediũ vtriuſque idem ſit, & eodem modo applicetur, eandem quoque eſſe naturam Syllogiſmorum conſtabit; quale eſt medium huius concluſionis, Logica eſt inſtrumentum? certè conſtitutio ipſa inſtrumenti. Quale huius, Logica eſt ſcientia rationalis? ſpeculatio entis rationis. Mihi ſane diuerſa media hæc videntur conſtitutio inſtrumenti, & ſpeculatio entis rationis. Nam cuius finis eſt inſtrumentum conſtituere. aliquid arte elaboratum producit; è contra verò, qui pro fine contemplationem habet entis rationis, ipſum tantum ens ſpeculatur, & intelligit; elaboratum arte, & mentis contemplatio quam maxime ab inuicem diſſident. non igitur eadem ratio, & inſtrumentum, & ſcientiam rationalem dicere valemus: Logicam; cum. n. eo ipſo quo inſtrumentum, rationalis verè dicatur, ſequeretur naturalem Philoſophum, quod ens rationis, quatenus rationis, ſcilicet quo ad ſua principia, & affectiones in 3. de anima conſideret, Logicum eſſe, non naturalem Philoſophum. Quod ſi dicat, idem Inſtrumentum, & Rationalem ſcientiam eſſe, quia ens rationis ſcientijs adminiculans quatenus inſtrumentum tractatur à Logico, conſtat ex hoc falſo deduci, quod eodem

Ex medio Syllogiſmi diuerſificantur.

Logica ñ eodem principio poteſt dici inſtrumẽtũ, & rationalis facultas.

conceptu

conceptu sit instrumentum,& scientia rationalis intelligenda. nam neque subiectum materiale, quod est ens rationis, idem est quod obiectum formale, quod est quatenus instrumentum sciendi. Distinguntur autem formaliter, ergo frustra dicitur quod sola distinctio maneat in verbis. Sed in erratum vt arbitror maius (quod valde miror) vir iste alioquin doctissimus in illis verbis incurrit, vbi logicam rationalem esse vel eo maximè tradit, quia agit de orationibus, cum tamen ipsimet etiam in Logica parum versati Adolescentes norint Logicam à græca dictione λογικὴ tanquam rationem, non orationem significante desumi, ac propterea qui eandem rationalem vocant, à sermocinalibusque distinguunt disciplinis, cuiusmodi est Grammatica, Rethorica, Poetica, & c. rectè communi omnium consensu agunt; Sed hoc materialiter tantum intelligendum est; nam formaliter potius instrumentum, quam aliud vocari debet. Lectio 4. pag. 58.

At vero, vt vnde diuertimus iter nostrum prosequamur, asserendum esse videtur, ad artem potius quàm ad scientiam esse Logicam redigendam. quod quomodo fieri contingat obseruandum est, prius instrumentales disciplinas proprio fine carere, à quo recipit vnumquodque esse; ac propterea ad nullum habitum intellectus propriè sumptum attinere. Nam cum instrumentariæ sint, solummodo instrumenta parant, quæ in gratiam scientiarum expetuntur, ita Philosophus 1. top. ca. 1x. tradit, dum problema dialecticum his verbis diffiniens ait; Problema autem dialecticum (sunt verba ipsius formalia) est speculatio intendens, vel ad electionem, & fugam, vel ad veritatem, & scientiam, aut per se, aut adminiculans ad aliquid aliud talium. Idipsumq; paucis interiectis verbis clarius confirmauit ibidem inquiens; pleraque enim ipsa quidem per se non volumus cognoscere, sed aliorum gratia, vt per illa aliud quippiam cognoscamus; quibus verbis ostendit instrumentarijs facultatibus, vt est Logica, haud quaquam conuenire finem vllum præcipuum optabilemq; per se à fine scientiarum, quibus adminiculatur distinctum.

Logica magis ad Artem quam ad scientiam regitur.

1.top. ca. 1x.

Quid sit pblema, dialeticū.

Rursus accipiendum, quod cum Aristoteles 6. Eticorum 6.Etic.

habitus intellectus enumerat, ſapientiam, Scientiam, Intellectum, Prudentiam, & Artem, ad principales habitus, & per ſe optabiles ſcientias eius ſermo dirigitur, qui bus pręcipuus aliquis finis proximè reſpondet in natura, ad quas poſtea inſtrumentarię quodammodo referuntur.

Logica ſi eſt habitus intellectus formaliter, ſed reductiuè.

Quibus ita conſtitutis dicimus cum finis habituũ intellectus proxime inſtrumentarijs facultatibus non reſpondeat, ſed præcipuis tantummodo, inter quas non eſt Logica, conſequens eſt vt Logica neque ars primo, & per ſe, neque ſciẽtia proprie dicatur, ſed vtrumque ſecundario, & reductiue; magis tamen ars dicatur quàm ſcientia hoc pacto. Logica quemadmodum aliæ adminiculantes diſciplinæ, cum inſtrumentum ſit, bifariam ad principales habitus redigitur, vel tanquam adminiculans, & inſtrumentum, qua ratione, tum ad Artem, tum ad ſcientiam, vtriſque. n inſeruit, pręcipue tamen ad ſcientiam pertinet; quoniam iſtis præſertim adminiculatur, propterea namque illius finis ſcire dicitur eſſe 7. Diuin. vel ſecundum ſe, & ratione propriæ conſiderationis, in quo docuit Scotus eſſe vere ſcientiam Logicam, & Auerroes 1. Phiſicorum partem ſpeculatiuam vocat. Nos autem putamus ad artem magis pertinere, quàm ad ſcientiam; nam ſecundum ſe, & in propria conſideratione accepta, inſtrumenta parat. Inſtrumentariæ vero facultates artes ingenuæ in libero homine dignæ vocitari ſolent, quia internus illarum finis nullus alius eſt, quàm docere aliquid efficere tanquam inſtrumentum. Logicæ autem munus eſt, nobis modum tradere efficiendi, vel efformandi inſtrumenta, & poſt operationem huiuſmodi remanet opus effectum, nempe diffinitio, demonſtratio, & huiuſmodi. Diſtant quidem diſciplinæ inſtrumentariæ ab artibus ipſis propriè loquendo, quoniam inſtrumentariæ non perinde ac artes propriæ in extremam verè, & propriè materiam verſantur, ad artes nihilominus propriè ſumptas magis quam ad ſcientiam pertinere videntur, propter opus quod ſuo modo, ideſt inſtrumentariè elaboratum relinquunt. Quamquam vero dicis Logicæ finem eſſe ſcire, non propterea Logicam eſſe ſcientiam habes, nam eſt finis ſui extrinſecus, quod accidit dum applicatur ipſis ſcientijs. Internus

Logica pcipuè inſeruit ſciẽtijs.

Internus finis Inſtrumentarię facultatis.

Differentia inter Artes, inſtrumentariaſq; facultates.

Scire eſt finis Logicæ extrinſecus, & intrinſecus.

ternus

ternus vero ac proprius finis, qui tamen est in ordine ad principes scientias,&habitus,est modum præbere efformandi instrumenta scientiarum. Nec paucæ quędam officiunt diffinitiones,vel demonstrationes,quæ inter docendum instrumenta sua à Logico efficiuntur; nã ad effectionem potius quam ad scientiam ordinantur.

Ad rationẽ Auer.

Cæterum Auerroes Logicam enumerans inter speculatrices scientias in verbis nuper relatis,ita soluendus est; Logicam enim considerat prout adminiculando eius operatio, & effectus ipsum scire videtur, at si in se consideretur,quoniam eius finis est efficere instrumenta sciendi,secus est dicendum,ex quibus patet nec scientiam realem esse;nec rationalem,nec Artem simpliciter, sed reductiue tantum, & quodammodo per imitationem.

Quid Plato de Natura Logicæ docuerit.

Controuesia II. Logicalis.

Controuersia est inter doctores veteres ac recentiores,qui sententiam Platonis de natura Logicæ tractauerunt. Plerique enim ex veteribus, quos nominauimus supra, & Modernorum ingens numerus insequitur, Logicam esse scientiam existimantium, totis viribus innituntur, quo tandem & Platonem ipsum secum trahant. E contra vero Alij non parum insudarunt,vt oppositam sententiam tuerentur. Referam ego breuibus præcipua,quibus innituntur,fundamenta Veteres illi,quos prænominauimus supra, deinde proferam quam prosequor sententiam in hac difficultate.

Opposita inter se Plurimorum sententiæ de opinione Platonis.

Propositũ huius Cõtrouersiæ.

Putarunt igitur ex illis quamplures,& ex nostratibus etiam nõnulli, vt veniamus ad id, de quo q̃stio instituta est affirmatiuam partem prosequendam esse,quod videlicet Logica de mente Platonis sit scientia,& philosophiæ pars,quorum opinio his rationibus probari videtur. Plato enim in 7. de Repub.de Logica ipsa hæc habuit. Sola differendi facultas conatur ordine certo circa vnumquodq; quod ipsum sit, inuenire.vbi nomine facultatis differendi omnes Logicam ex- „

Pirma Ratio.

 posuere,

„ poſuere, deinde quia paucis interiectis ſubdit Plato, Dialectica ſola ſuppoſitionibus ſublatis omnibus ad ipſum principium, vt compertum habeat, pergit.ac re vera animi oculo cœno barbarico obrutum paulatim ſurſum trahit, ac ducit, tanquam adiutricibus Mathematicis vtens. Rurſus vero ſubdit. An non dialecticum vocas eum, qui rationem cuiuslibet capit eſſentiæ? ſubdens.ſolam dialecticam bonum ipſum & rationem boni diffinire; diſtinguere, omnes confutandi modós penetrare, reijcere, ſtabiliq; & inconcuſſa demonſtratione, non probabiliter, arguere. Ad hæc in ſophiſta interrogatus ſi Dialecticum opus haud alteri dabis, vt arbitror, quàm purè, legitimeq; philoſophanti? quo, inquit, pactó alteri dari poteſt? Præterea in Phedro, magnæ quæli bet artes, exercitatione dialectica, contemplationeque, ſublimium in natura rerum indigent.ipſa enim mentis ſublimitas, & vis efficax in quauis re perpicienda, hinc quodammodo proficiſci videntur, quod Pericles ad ingenij acumen adiunxit. Quibus omnibus ſatis conſtare poteſt in eam ſententiam Platonem deueniſſe, vt Logicam ſcientiam eſſe, & Philoſophiæ partem approbauit. Quod & Marſilius Ficinus in argumento lib. 7. de Repub. & Plotinus Ennea. 1. li. 3. cap. 4. aperto marte tradiderunt, atque proprio aſſenſu confirmarunt.

Secunda Ratio. *Tertia Ratio.* *Marſilius Ficinus. li. 7. de Rep. & Plot.*

Confutatã opinio aſſerẽtium Logicã eſſe ſcientiã secũdum mentem Plat. in q. eſt Ludouicus Cartar.

Quibus non obſtantibus grauiſſimi tamen & veteres, & noui Phyloſophi in ſententiam deuenerunt, vt dicerent Logicam eſſe ſcientiam iuxta mentem Platonis, quod ideo factum fuiſſe exiſtimo, quia Dialectica & Logica apud Platonem conuenientiam, & diſcrimen habeant inter ſe, non aduerterunt. Inde enim proculdubio iſtius ſententiæ obliquitas, & verborum Platonis extorſio emanauit.

Pro quo ſciendum eſt Platonem, cuius temporibus non ita numeris omnibus abſolutę erant diſciplinæ, atque in ordinem redactæ vt nunc exiſtunt nomine quidem Dialecticę vel facultatis diſſerendi, & Logicam ſæpe, & Dialecticam ſumpſiſſe.nempe vtraq. & Logica, & Dialectica perdiſſerendi rationem ſignificat. Nihilominus Dialecticam ipſam a logica & è contra diſpertiuit quamſępiſſime.logica enim vt Marſilius Ficinus in Argumento 7. de Repub. teſtatur, dicit

Logica quid ſecũdum Plat.

facultas

facultas conficiendi regulas, et nomina, necnon argumentationes conficiendi, & disponendi. Dialectica vero sagacem quandam philosophantis indaginem ostendit regulis huiusmodi vtentis in contemplatione diuinarum rerum. Hinc sæpe Theologiam vocat Plato ipse Logicam, quæ est Dialectica. Quod autem hoc verum sit ante Marsilium Plotinus Ennea. 1. lib. 3. cap. diffusius commonstrauit, habitum vocans, qui de vnoquoque ratione dicere potest, quid sit vnumquodque, & quo ab alijs differat, quoue conueniat; præterea quomodo, & vbi sit quodlibet, & si est quid est, atque entia quot sint, & non entia rursus, sed ab entibus alia; eadem hæc & de ipso bono disputat, & de non bono, non opinione, sed scientia. Tum demum, subdit, quietem agens, haud vlterius circa plurima satagens, sed in vnum redacta prospicit eam quæ Logica nominatur, circa propositiones, Syllogismosq; occupatam, perinde ac si scribendi notitiam alteri cuidam arti concedat. Quibus constat euidenter Dialecticam iuxta Platonis sententiam apicem, & acumen scientiarum nuncupandam esse, quatenus rebus, non per probabilia, & ex opinione, sed per prima principia, & cum scientia incumbit; quam idcirco postremò addiscendam esse docuit persæpe. Logica verò in qua Adolescentes ait exercendos esse, ne ipsos veritas fugiat, quæque propriè Logica vocatur ab eo, est facultas qua, cum in regulis nominum, orationum, argumentationumq; versetur, veluti instrumento ipsa Dialectica vtitur disserendo scientificè. Hinc rectè Ficinus Platonem docuit distinxisse Dialecticam in tres gradus. quod autem veritatis indagandę sit facultas, veluti à forma, Dialectica vocatur; quod vero disserendi præcepta reuelet Logica veluti ab exordio; Demum quod veri tentionem assequatur Theologia veluti à fine. Ex quo sequitur Autores Dialecticam (propriè loquendo) nomine Logicæ, logicamq; nomine Dialecticæ iure vsurpare haud quaquam potuisse. Dialectica enim quam ad cœlum Plato euexit, est acumen iunctum rebus, Logica vero est facultas regulas addiscendi, & instrumenta tradens præcepta que modo prædicto, qua vtitur veluti instrumento Dialectica quam. Plato in Philebo sub hac ratione quatenus vsi

Dialectica quid, secundū Plat.

Ennea 1. lib. cap. 3.

Varia Logicæ munere.

Dialectica ē Apex, & acumē scientiarum.

Sectio dialecticæ in tres gradus.

Laus Dialecticæ ex doctrina Plat.

tata

tata ita euexit, vt hanc vniuerſam eius quod eſt Latitudinem percurrere dixerit, nihil ſupponere, ſolā eſſe liberam, omnia inueſtigare, nemine, præterquam rationi, credere, ſolam ad rei eſſentiam, & principia, atque tandem ad id quod eſt, Ideamq; omnium nos perducere; abſque ea inſuper cæteræ ſcientiæ non ſunt, omnium enim rationes effert, recte de omnibus reſpondet, atque interrogat, recte definit, nomina rebus congruenter, & impo nere nata eſt, & cuncta penetrare. Verum quidem eſt Ariſtotelem longe maturius Dialecticam conſideraſſe, à primaq; Philoſophia, & reliquis ſcientijs reuocaſſe; quippe cum indecens omnino videatur Dialecticum, qui in omni re pro vtraque parte, & inconſtanter, differit, Diuino Philoſopho alijs ſcientijs ſpeculatricibus comparari, quæ conſtanter & fundamentis naturæ rerum diſceptantur. Nihilominus hanc Platonis extitiſſe ſententiam quam dicemus, & Plato ipſe, & qui eundem conſectantur Illuſtres Platonici, præſertim Plotinus, & Marſilius, ijs quæ diximus manifeſtant. Quapropter aſſerendum nullatenus erit, vt relatæ ſententiæ Doctores aiunt; eandem Platonis & Stoycorum hac in re ſententiam extitiſſe. Nam Stoyci Logicam dixere ſcientiam quia in ente rationis verſatur; ſcientis enim & philoſophi munus eſt quicquid eſt inquirere, & cognoſcere, vt cognoſci, & inquiri poteſt. Plato verò non logicam, ſed Dialecticam propriè, & verè voluit ſcientiæ nomine cohoneſtare debere; quia videlicet circa omnia, nedum entia rationis, ſed naturæ etiam, primumq; principium verſatur.

Maturius Ariſtoteles quàm Plato naturā Dialecticæ cōſiderauit.

Quod Logicæ diuiſio in Docentem, & Vtentem à nonnullis perperam impugnetur.

Controuerſia III. Logicalis.

ANtiquam Logica diuiſionem habet, pulcram ſane illam, nec minus vtilem atque explicatu facilem; à quibuſdam tamen huius ætatis Doctoribus neglectam ac penitus reiectā. Quod quàm immerito ac iniuria factum ſit ſapientum auctoritatibus, præſertim Ariſtotelis, & Auerrois, nec non rationibus

Alludit Ludouic. Cartar. in ſuo li. de prim. princ. vniuerſ. Log.

nibus pariter & eorundemmet Aduersariorum testimonio modo ostendemus. Quęrendum igitur illud est, num sola instrumẽtorum pro scientijs effectio, an etiam ipse instrumentorum vsus ad Logicam spectet; hinc enim facilè intelligi poterit, rectene distingui logica possit in eam quæ docet,& qua vtimur in scientijs. Sẽsus quęstionis.

Ac illud in primis constat ex ijs,quæ diximus ipsam rationem instrumentorum scientijs deseruientium,ad Logicam spectare,cum eius proprius ac peculiaris finis sit instrumenta parare scientijs. Illud etiam patet aliquem instrumentorum vsum ad Logicam attinere; neque enim secus scientijs ac rebus ipsis instrumenta Logicalia applicando, scientia ipsa contingere potest. Verum is vsus non distinguitur realiter à facultate instrumentaria,qua vtimur, cum vna,& eadem vtrumque ęque bene præstare valeat,& instrumenta parare scientijs, & eisdem in seruire; sola distinctio est rationis. Quando namque in se consideratur vt instrumenta conficit, docens iure meritò censetur, quoniam docet, & tradit ad constituendam demonstrationem diffinitionemq; & aliorum instrumentorum attinentia. Quod vero alijs iuncta scientijs ex principijs proprijs scientiæ illius huiusmodi instrumentis vtatur vtens,passiuè sumendo,appellatur. Vsus Logicæ non distinguitur à Logica. Quando docens iure dicatur. Et quando vtens.

Ex quo illorum error facile tollitur, qui logicam partientes in docentem sciendi instrumenta, eisdemq; vtentẽ, asseruerunt primo modo esse scientiam, secundo vero modo nequaquam; cum oppositum potius sibi asserendum esset. Nempe logica instrumenta docens & parans instrumentaria est quatenus instrumentorum effectionem pro fine habet;iuncta vero scientijs & vsitata,scientiamq; parientis ex principijs scientiæ cui vnitur,denominationem scientificam ex tali vnione, & vsu accipit. Dices, si quatenus vtens iam scientiam euadit, cui deseruit, quomodo adhuc logicam illam vocas?Totã partitionis istius ambiguitatẽ collocarunt isti in vsu logicæ. Verũ non est arduum eorũ obiecto accurrere. Dum enim logicam applicatam, & vtentem seu vsitatam scientiam esse dicamus,non simpliciter,& propriè, sed secundum extrinsecam denominationem,& ratione applicationis credendum est hoc euenire; quemadmodum Error eiusdem Recentioris tollitur,q & plurimorum hodie videtur. Obiectio Ludouici Cartarij. Quando Logica dicatur sciẽtia.

dum baculo me mouente lapidem, tanquam inſtrumento applicato, baculos pariter quemadmodum manus ratione applicationis, & vnionis mouere lapidem dicitur, & motor lapidis appellatur, ita logica applicata ſcientijs per vſum ratione illius applicationis, & vnionis quemadmodum inſtrumentum principali agenti vnitur, ideſt extrinſecè, ſcientia extrinſecè vocatur, non quia in ſcientiam illam vertatur; nam cum inſtrumentum ſit, de cuius ratione eſt principali deſeruire agenti, ſecundum vſum autem hoc contingit, neceſſe eſt, vt in ſua natura conſiſtendi applicari poſſit, maneatque tunc temporis inſtrumentum, cuius natura in ordine ad aliud poſita eſt, alioquin, ſi in vſu euaderet ſcientia cui inſeruit fruſtaretur fine inſtrumenti.

Natura instrumenti eſt vt ſemper idem, & vbique ſeruetur.

Error Illuſtris Comit. Iacob. Zabar.

Hinc quorundam error manifeſte colligitur, qui cum eandem logicæ diuiſionem admittant in docentem, & vtētem, qua vtimur, tamen in ſcientijs transformari dicunt ratione vſus in ſcientiam cui interſecuit, ita vt fiat ipſamet Phiſica ſi phyſicæ materiæ, Mathematicaq; in Mathematice, deſeruiat & ſit de reliquis. Quod ſi verum eſſet proculdubio logicæ, quatenus logica eſt, finis periret, qui eſt dum logica eſt, & inſtrumentum, & ita manet inſtrumentum, deſeruire ſcientijs, inſeruit vero applicata; ac inſuper eadem facultas ſimul ſcientia, & non ſcientia verè, & propriè diceretur. Nam vt docens non eſſet ſcientia, quia inſtrumentum, vt vtens eſſet ſcientia, quia applicata ſcientijs transformatur in ſcientias, quod rationi, & ſenſui maxime repugnat. Dicunt illi Vtitur principijs ſcientiarum, quatenus vtens, quę quidem principia faciunt ſcire, ergo eſt ſcientia. Contra, quia ſcientiarum principijs huiuſmodi non eo modo quo ſcientiæ, per ſe & propria, ſed diuerſo, veluti inſtrumenta extrinſeca, & per accidens; actiones autem inſtrumentorum non inſtrumentorum ſed agentis principalis eſſe dicuntur, quippe ab eodem mouentur. & in gratiam illius manendi inſtrumenta ideſt mota ab eo operantur. Itaque applicata etiam adhuc ſuam naturam inſtrumenti ſeruat, ac propterea vtens logica iure merito vocatur, non ſcientia; quod non eſſet, ſi in ſcientiam verteretur; alioquin, ſi ex eo quod principijs vtitur ſcientiarum ſciētia euaderet, eadem ratione

Quomodo Logica applicata vtitur ſcientiarū principij.

ne diceremus; hoc est naturæ instrumentum, ergo est natura; hoc est artis instrumentum, ergo est ars. Nec euasio eo rundem valet de instrumentis coniunctis, & separatis, quippe ex eo in quolibet statu instrumentum ab eo cuius est instrumentum debet esse diuersum, atque omnino distinctum, quia alijs tanquam motum inseruire debet suo modo, si instrumentum artis eo modo quo moueri potest instrumentum artis, si scientia eo modo quo conuenit scientiæ. In hoc enim vniuocè conueniunt omnia instrumēta, quod quatenus instrumenta inseruiunt, & vsitantur vt instrumenta manendo instrumenta; quoniam hic est finis ipsorum, vt possint manendo instrumenta deseruire alijs, ergo si ponatur in actu quod deseruiant, nullum sequitur absurdum manendo instrumenta. Addo, vt quidam Modernus doctissimus addit, quod Logica vt applicata scientijs propriè pædia vocatur; ac Pædia in scientijs distinguitur à scientijs, cuius est Pædia; ergo Logica distinguitur a scientijs, vt applicata etiam ipsis.

Logica applicata est Pædia.

Redeamus ad propositum nostrum. Non discedit à ratione eandemmet Logicam facultatem secundum diuersos respectus, cum plura habent officia docentem & vtentem vocari. Quemadmodum enim de Anima nostra rationali, vt attinet ad propositum, se habet, ita de Logica non implicat asserere. Nā Anima rōnalis, put organico corpori tribuit actum, forma est & actus 2. de Anima, vt vero eidem corpori tribuit motum & operationes, natura. Ita Logica, prout in se consideratur quatenus instrumenta sciēdi parat, docens vocatur, quoniam ea instrumenta, & præcepta docet quibus scientias adipiscimur; vt autem eadem instrumentaria facultate in scientijs actu, vel aptitudine vtimur, vtens dicitur; & hæc scientia vocatur secundum extrinsecam applicationē ad scientias. Ex quo alia dirimitur obiectio, quam Aduersarius ipse inextricabilem putat; inquit enim vna existente Logica realiter docente, & vtente, sola ratione discrepat ea, quæ docet, ab vtente, & econtra. quomodo igitur sola rationis distinctio huiusmodi habituū secretionem, & diuersitatem ita efficere potest, vt vnus sit scientia, alter verò nequaquam? Respondeo, quod vt di-

Exemplū de Anima rationali.

Logica in se est docens, in alijs vero vtens.

Solutio aduersæ cuiusdam rationis.

Diſtinctio docentis & vtentis habet in re fundamentum. ctum eſt de Anima a rationali; ita & huiuſmodi rationis di ſtinctio fundamentum habet in re; effectio nempe inſtrumenti fundat docentem; vſus vero in ſcientiis fundat vtentem; quæ duo præter opus intellectus actu, & formaliter vnum & idem ſunt, quemadmodum Logica docens, & vtẽs realiter eſt vnus tantum habitus, & vna facultas. Quando verò vtentem dicimus ſcientiam, patet ex anteactis, quod ſecundum extrinſecam denominationem intelligendum eſt vnum, & eundem habitum, & ſcientiam eſſe, & non ſcientiam, hoc per ſe, illud per accidens, ad quod ſola rationis diſtinctio cum fundamento relato, ſufficit.

1 top. ca. 11. Quod hæc ita comprobata Logicæ partitio vera ſit, Auctor eſt Ariſtoteles præſertim 1. top. cap. 11. vbi enumeratis " tribus Problematum generibus, ad Problema Logicum " peruentus, ait. Quædam verò ipſa quidem per ſe ad neu" trum horum, adminiculantia autem ſunt ad aliqua talium, " pleraque ipſa quidem per ſe non volumus cognoſcere (en Logica docens) ſed aliorum gratia; vt per illa aliud quippiam cognoſcamus (en Logica vtens.) Ita Alexander Aphrodiſen. Græcorum illud lumen præclariſſimum, locum hunc interpretatur. Idem Ariſtoteles in 2. lib. met. cont. 15. etiam his verbis comprobauit. Abſurdum eſt ſimul quęrere ſcientiam & ſciendi modum; vbi per modum ſciendi logicam ferè omnes, & optime quidem, intellexerunt; quæ cum modus ſciendi dicatur regulis quibuſdam, & præceptis ad ſciendum conducentibus conſtare debet; quas regulas, & præcepta quatenus traduntur ab ipſa in eſſe docentis logicę eandem conſtituunt. Verum quia Ariſtoteles vocat eam ſciendi modum, per ly, ſciendi, ad ſcientias attinere innuit hanc facultatem quo ad vſum, inſeruiendo videlicet eiſdem per ſuas regulas, & pręcepta, ac ſciẽdi inſtrumenta. Auerroes etiam in ſua paraphraſi logicam oſtendendo duabus rebus, cognitione, & vſu complecti rerum cognitarum, in eandem ſe verſari ſententiā patefecit. Quos veluti Duces præclaros ingẽs Philoſophorū copia inter Græcos, Arabes & Latinos vetuſtiſſimos, modernis hodie proſequuntur, & antiquitus proſequuti ſunt, licet poſtea in modo penitus non conuenerint, Ammonius, Simplicius, Boetius, Albert. magn. D. Tho. Sco.

Alexand. Aphrod. Ar. 2. met. cont. 15.

Sententia Auer. de hac dupli ci Logica, & omniū veterū ac modernorum.

Tho Sco. Egidius, & tandem omnes', quibus se veluti Torrenti nunc opponere parum sane rationabile videretur, praesertim dum ratione reprobata verbis confirmatur. Vnde Modernus ille doctissimus sententiam Alexandri Aphrodis. qui putat Logicam non esse scientiam, ait, oportere profiteri aliquam esse logicam à Philosophantibus inuentam, quæ philosophiæ præbeat auxilium. Hæc inuenta logica quid est aliud præter quam facultas illa tradens regulas conficiendi diuisionem, demonstrationem, definitionem, & cætera, Quæ docens vocatur? Hæc inquam, prout Philosophiæ auxiliatur, quid est aliud præterquam facultas illa tradens præcepta, prout iam inseruiens scientijs, & vtens dicta? hæc uiderint ipsi.

Vtrum Medium Demonstrationis propter quid, sit forma, vel causa, secundum mentem Auerrois.

Controuersia IIII. Logicalis.

QVONIAM Commentator Auerroes sapientum Arabum decus disciplinæq; peripateticæ sectator acerrimus circa medium demonstrationis pp quid ancipitẽ sæpe sæpius suis se uerbis prębuit, reliquis etiam ex inde occasionem dubitandi postmodum reliquit, quænam hac in re extiterit Auerrois sentẽtia. Modo namque formam, qua uel tota quiditas est, uel pręcipua saltem quiditatis pars, modo causam extra quiditatem rei medium ipsum appellauit.

Cæterum, dimissis singulorum sententijs, Luculẽtissimũ Auerroicæ sententiæ testimonium certissimumq; argumentum, nobis esse uolumus eiusdem Commentatoris uerba in commento.38.lib. secundi Posteriorum. Vbi oportet, inquit, ut sciatur, quod demonstratio quæ tradit propter quid ,, res est, aut si est, aut propter quid, & si est res simul per se ,, & primo: ipsa utique est, in qua terminus medius est extra ,, essentiam rei Hæc ille. Quasi diceret Medium ipsum, ne- ,, 2.Post.cõmen.38. declarat.

que quiditatem, neque quiditatis partem dijudicari poſſe, ſed extra eſſentiam tanquam cauſam, ideſt tanquã efficiens quoddam oportere eſſe. Quæ ſententia ut lucidior reddatur, Accipiendum eſt, non ſimpliciter & uno modo, ſed bifariam ſumi definitionem, quæ medij termini rationem habet. Altera enim definitio eſt 1. Poſter. cont. 22. & 2. Poſter. cont. 10. quæ concluſio demonſtrationis, altera, quę principium & medium dicitur. Prior quidem quid ſit res optime declarat, at poſterior tantum propter quid eiuſdem rei, ſeu cauſam præbet. Id quod non ſecus accidere putamus, ac ſi quis definitione quid Ecclipſis ipſa ſit definire cupiēs dicat, quod eſt obſtructio luminis in luna; propter quid uero ex interpoſitione umbræ terræ inter ſolem & lunam oſtendat. Quænam iſtarum definitionum medium demōſtrationis eſt? quæ tradit, quid an propterquid? ſit exemplum Riſibilitatem me oſtendere oporteat homini competere, quonam utar medio, an quid riſibilitatis, quod uidelicet eſt aptitudo hominis ad ridendum, an propter quid, quod uidelicet eſt eſſe animal rationale? Dicamne hominem ego riſibilem, quia ad ridendum aptitudinem habet, ut aliqui dicunt? uel potius hominis formam aſſumendo, & propter quid ipſius riſibilitatis, quod eſt animal rationale, riſibilem hominem eſſe oſtendam, quia eſt rationale animal? Non primum quidem; nam cum definitio quid ſit res declarans ex quiditate rei probandæ confletur, petitio fieret in principio, id uidelicet pro medio aſſumendi, quod non minus eſt probandum, cum rei intrinſecum ſit, quàm res ipſa quæ demonſtratur. Hoc autem eſt de quo quæſtio inſtituitur, an homo ſit riſibilis, id eſt ad ridendum aptitudinem habeat. Ergo ſecundum; Quare relinquitur, ut definitio declarans quid rei demonſtrationis ſit concluſio, quemadmodum 2. Poſter. aperte docuit Philoſophus; ipſa uero tradens propter quid, ac per externas cauſas incedens medius terminus dicatur. Demonſtrantem enim ita, vt aduerſarium cogat, non quiditatem, uel aliquid aliud rei, ſed extrinſecam cauſa, à qua res demonſtranda producitur, ne fiat petitio principij, aſſumere oportet. Et hoc eſt quod Ariſtoteles 1. Poſter. cont. 5. 11. 3. & 2. Poſter.

Definitio bifariã ſumitur. 1. poſt. cont. 22. & 5. poſt. cont. 10.

Quænam definitio ſit demonſtrationis medium.

Titulus quæſtionis exemplo exponitur.

Poster. 1.8.9.10.11.& I. de Anima 11.4. uero Phisicorũ 31. dicit demonstrationem fieri oportere ex medio, qui sit causa, nõ inquit forma. Hoc pariter est quod Auerroes ducem se-quutus Aristot. ijsdem in locis quamplurimis rationibus comprobauit, præcipuè vero hoc loco, vbi ait, quotiescun-que medius terminus est pars quiditatis demonstrandæ rei, illa nõ est propriè demonstratio; adeo qđ demonstrationis medium debet esse non de quiditate rei, sed extra quidita-tem, quatenus per causam extra repertam id quod demon-stratur, ne petitio fiat, oportet commonstrari; ex quo pa-tet improbatio sententiæ illorum qui putant ad demon-strandum internas causas sępe assumi, externas verò, præ-sertim efficiens raiò.

1. Post. 5. 11.30. et 2. post. 1. 8. q. 11. & 6. de aïa 11. & 4. phis. 31.

Refellit Opinio Petri Fonsecæ in 1. lib. Met. cap 11. Quæst. 1.

Verum, quę hic diximus, nonnullas habent dubitationes. Prima dubitatio. In Auerroe sæpe reperimus medium esse formam, forma est quiditas rei, ergo medium rei quiditas esse debet; quomodo igitur extra quiditatem posita est se-cundum Auerroem medij termini natura? Sed ad hanc re-spondendum est medium terminum esse formam, esse causam, esse extra quiditatem, esse quiditatem; vera nam que sunt hæc omnia; si tamen rectè percipiantur, & se-cundum sensum Aristotelis, & Auerrois intelligantur. Medius enim terminus vt plurimum præsertim in demon-strationibus propter quid est forma, quiditas, & natura su-biecti; tamen prout ad propriam subiecti eiusdem affectio-nem refertur, non forma, quiditas, aut natura, sed causa & causa quidem externa, vocatur. patet exemplum de ratio-nali; quod quidem respectu hominis est forma, & quiditas nempe hominis, respectu verò risibilitatis est causa efficiens. Quoniam passio subiecti simplex forma est à formalibus su-biecti principijs tanquam ab efficiente promanans. Lici-tum igitur fuit Commentatori causam medium terminum dicere, quoniam quod aliquid probat tanquam causa pro-bationis extra naturam probati esse oportet ob relatam ra-tionem superius. Licuit etiam quandoque formam vocita re, quoniã subiecti forma est; ex quo patet, quam meritò ex-tra quiditatẽ, idest rei demonstrandę medium terminum po suerit. Auerroes in eo commen. 38. causamq. vocari voluerit.

Prima dubitatio.

Responsio.

Passio subiecti quo modo à forma fit.

Posterior dubitatio.

An omnis causa possit esse medium demonstrationis.

Secunda dubitatio, videntur hæc, quæ diximus peripatetici dogmatis excellentia indigna, nam medium demonstrationis causam esse diximus contra placitum Aristotelis 2. Poster. vbi latissime ostendit omnem causam, in quarum numero est materia & forma quiditates, posse esse medium. Verum hæc facile diluitur. Profecto enim omnis causa potest esse medium, non tamen in ea demonstratione quæ præcipua vocatur; ob rationes quas superius attulimus. Atque hæc satis.

FINIS.